nam nisi aequalis est, aut maior est aut minor. sit prius, si fieri potest, minor. datis igitur duabus magnitudinibus inaequalibus, superficie cylindri et circulo B, fieri potest, ut circulo B inscribatur polygonum aequilaterum, et aliud circumscribatur, ita ut polygonum circumscriptum ad inscriptum rationem minorem habeat, quam superficies cylindri ad circulum B [prop. 5]. fingatur igitur circumscriptum et inscriptum circulo B, et circum A circulum circumscriptum polygonum simile figurae circum B circulum circumscriptae[4]), et

---

1) Archimedes hic et linn. 4, 7, 17 scripserat *τῶν βάσεων* (Qu. Arch. p. 73).

2) Archimedes hic et lin. 12—13 scripsit *μέση ἀνάλογόν ἐστι* (Quaest. Arch. p. 70).

3) Hanc propositionem ut tertiam decimam citat Pappus I p. 394, 11.


4) Lin. 24 sq. Archimedes scripserat: *νοείσθω δὴ εἰς τὸν B κύκλον περιγεγραμμένον καὶ ἐγγεγραμμένον, καὶ περὶ τὸν A*

δὴ περὶ τὸν κύλινδρον περιγεγραμμένον. ἔστω δὲ καὶ τῇ περιμέτρῳ τοῦ εὐθυγράμμου τοῦ περὶ τὸν *Α* κύκλον ἴση ἡ *ΚΔ*, καὶ τῇ *ΚΔ* ἴση ἡ *ΛΖ*· τῆς δὲ *ΓΔ* ἡμίσεια ἔστω ἡ *ΓΤ*. ἔσται δὴ τὸ *ΚΔΤ* τρίγωνον ἴσον τῷ περιγεγραμμένῳ εὐθυγράμμῳ περὶ τὸν *Α* κύκλον [ἐπειδὴ βάσιν μὲν ἔχει τῇ περιμέτρῳ ἴσην, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ *Α* κύκλου], τὸ δὲ *ΕΛ* παραλληλόγραμμον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πρίσματος τοῦ περὶ τὸν κύλινδρον περιγεγραμμένου [ἐπειδὴ περιέχεται ὑπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ κυλίνδρου καὶ τῆς ἴσης τῇ περιμέτρῳ τῆς βάσεως τοῦ πρίσματος]. κείσθω δὴ τῇ *ΕΖ* ἴση ἡ *ΕΡ*. ἴσον ἄρα ἐστὶν τὸ *ΖΡΛ* τρίγωνον τῷ *ΕΛ* παραλληλογράμμῳ, ὥστε καὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πρίσματος. καὶ ἐπεὶ ὅμοιά ἐστι τὰ εὐθύγραμμα τὰ περὶ τοὺς *Α*, *Β* κύκλους περιγεγραμμένα, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον [τὰ εὐθύγραμμα], ὅνπερ αἱ ἐκ τῶν κέντρων δυνάμει. ἕξει ἄρα τὸ *ΚΤΔ* τρίγωνον πρὸς τὸ περὶ τὸν *Β* κύκλον εὐθύγραμμον λόγον, ὃν ἡ *ΤΔ* πρὸς τὴν *Η* δυνάμει [αἱ γὰρ *ΤΔ*, *Η* ἴσαι εἰσὶν ταῖς ἐκ τοῦ κέντρου]. ἀλλ' ὃν ἔχει λόγον ἡ *ΤΔ* πρὸς *Η* δυνάμει, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἡ *ΤΔ* πρὸς *ΡΖ* μήκει [ἡ γὰρ *Η* τῶν *ΤΔ*, *ΡΖ* μέση ἐστὶ ἀνάλογον διὰ τὸ καὶ τῶν *ΓΔ*, *ΕΖ*· πῶς δὲ τοῦτο; ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν *ΔΤ* τῇ *ΤΓ*, ἡ δὲ *ΡΕ* τῇ *ΕΖ*, διπλασία ἄρα ἐστὶν ἡ *ΓΔ* τῆς *ΤΔ*, καὶ ἡ *ΡΖ* τῆς *ΡΕ*. ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ *ΓΔ* πρὸς *ΔΤ*, οὕτως ἡ *ΡΖ* πρὸς *ΖΕ*. τὸ ἄρα ὑπὸ

---

1. *δέ*] scripsi; *δη* F, uulgo. 5. *τῷ*] *το* F. 19. *τὴν Η*] *το Η* F. *ἐκ τοῦ κέντρου*] per compendium FC, quod in loco interpolato ferendum est; *ἐκ τῶν κέντρων* uulgo; „ex centris" Cr. 20. *πρὸς Η*] *πρὸς τὴν Η* ed. Basil., Torellius. 25. *ὡς ἡ ΓΔ*] F; *ὡς ἡ ΔΓ* uulgo.

in eo construatur prisma; erit igitur circum cylindrum circumscriptum. praeterea autem aequalis sit linea $K\Delta$ perimetro figurae rectilineae circum A circulum circumscriptae, et lineae $K\Delta$ aequalis ΛZ linea; lineae autem $\Gamma\Delta$ dimidium sit ΓT linea. itaque triangulus $K\Delta T$ aequalis erit figurae circum A circulum circumscriptae[1]), parallelogrammum autem $E\Lambda$ superficiei prismatis circum cylindrum circumscripti.[2]) ponatur igitur lineae EZ aequalis EP linea. itaque triangulus $ZP\Lambda$ aequalis est parallelogrammo $E\Lambda$ [Eucl. I, 41]; quare etiam superficiei prismatis. et quoniam similes sunt figurae rectilineae circum A, B circulos circumscriptae, eandem rationem habebunt[3]), quam radii quadrati [u. Eutocius]. habebit igitur triangulus $KT\Delta$ ad figuram rectilineam circum B circulum circumscriptam eandem rationem, quam $T\Delta^2 : H^2$ [quia $T\Delta$, H radiis aequales sunt ex hypothesi].



κύκλον περιγεγραμμένον ὅμοιον τῷ περὶ τὸν B περιγεγραμμένῳ; u. Eutocius.

1) Quia basis $K\Delta$ aequalis est perimetro polygoni, altitudo autem ΔT aequalis radio circuli A siue radio minori polygoni; cfr. Zeitschr. f. Math. u. Physik, hist.-litt. Abth. XXIV p. 180 nr. 12.

2) Quia basis EZ aequalis est perimetro polygoni, quod prismatis basis est, altitudo autem ΛZ aequalis lateri cylindri.

3) τὰ εὐθύγραμμα lin. 16 deleri uoluit Torellius, probante

τῶν ΓΔ, ΕΖ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΤΔ, ΡΖ. τῷ δὲ ὑπὸ τῶν ΓΔ, ΕΖ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ Η. καὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΤΔ, ΡΖ ἄρα ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς Η. ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ΤΔ πρὸς Η, οὕτως ἡ Η πρὸς ΡΖ. ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ΤΔ πρὸς ΡΖ, τὸ ἀπὸ τῆς ΤΔ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Η. ἐὰν γὰρ τρεῖς εὐθεῖαι ἀνάλογον ὦσιν, ἔστιν, ὡς ἡ πρώτη πρὸς τὴν τρίτην, τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης εἶδος πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας εἶδος τὸ ὅμοιον καὶ ὁμοίως ἀναγεγραμμένον]. ὃν δὲ λόγον ἔχει ἡ ΤΔ πρὸς ΡΖ μήκει, τοῦτον ἔχει τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΡΛΖ [ἐπειδήπερ ἴσαι εἰσὶν αἱ ΚΔ, ΛΖ]. τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένον, ὅνπερ τὸ ΤΚΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΡΖΛ τρίγωνον. ἴσον ἄρα ἐστὶν τὸ ΖΛΡ τρίγωνον τῷ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένῳ εὐθυγράμμῳ. ὥστε καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ πρίσματος τοῦ περὶ τὸν Α κύλινδρον περιγεγραμμένου τῷ εὐθυγράμμῳ τῷ περὶ τὸν Β κύκλον ἴση ἐστί. καὶ ἐπεὶ ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ, ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τοῦ Α κυλίνδρου πρὸς τὸν Β κύκλον, ἐλάσσονα λόγον ἕξει καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ πρίσματος τοῦ περὶ τὸν κύλινδρον περιγεγραμμένου πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ κύκλῳ τῷ Β ἐγγεγραμμένον, ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου πρὸς τὸν Β κύκλον· καὶ ἐναλλάξ· ὅπερ ἀδύνατον [ἡ μὲν γὰρ ἐπιφάνεια τοῦ πρίσματος τοῦ περιγεγραμμένου περὶ τὸν κύλινδρον μείζων οὖσα δέδεικται τῆς ἐπιφανείας

---

2. *ἀπὸ Η*] FBC; *ἀπὸ τῆς Η* uulgo. 5. *ὡς ἡ*] *ὡς* om. F; corr. AC. *τὸ ἀπό*] *οὕτως τὸ ἀπό* A, ed. Basil., Torellius.

sed

$$T\Delta^2 : H^2 = T\Delta : PZ.^{1)}$$

et

$$T\Delta : PZ = KT\Delta : P\Lambda Z.^{2)}$$

quare triangulus $KT\Delta$ ad figuram rectilineam circum B circulum circumscriptam eandem rationem habet, quam triangulus $TK\Delta$ ad triangulum $PZ\Lambda$ [u. Eutocius]. aequalis igitur est triangulus $Z\Lambda P$ figurae rectilineae circum B circulum circumscriptae [Eucl. V, 9]. quare etiam superficies prismatis circum A cylindrum circumscripti aequalis est figurae rectilineae circum B circulum circumscriptae. et quoniam figura rectilinea circum B circulum circumscripta ad figuram circulo inscriptam minorem rationem habet, quam superficies A cylindri ad B circulum [ex hypothesi], habebit igitur etiam superficies prismatis circum cylindrum circumscripti ad figuram circulo B inscriptam minorem rationem, quam superficies cylindri ad B cir-

Nizzio. et ex Eutocio adparet Archimedem scripsisse: τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον, ὅνπερ.

1) Nam ex hypothesi est $H^2 = \Delta\Gamma \times EZ$ et $\Delta\Gamma = 2T\Delta$, $EZ = \frac{1}{2}PZ$; quare $H^2 = T\Delta \times PZ$, h. e. $T\Delta : H = H : PZ$; tum u. Eucl. VI, 20 πόρ. 2. demonstrationem subditiuam p. 62, lin. 21—p. 64, lin. 9 nimis uerbosam esse iam Nizze p. 57 not. β intellexit; idem p. 270 uerba πῶς δὲ τοῦτο deleri uult sed u. Quaest. Arch. p. 74.

2) Ex Eucl. VI, 1, quia ex hypothesi $\Lambda Z = K\Delta$.

7. τὸ ἀπό] FA; οὕτως τὸ ἀπό uulgo. 14. $TK\Delta$] $KT\Delta$ Torellius. 24. ἐγγεγραμμένον] scripsi; γεγραμμενον F, uulgo.

τοῦ κυλίνδρου, τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον εὐθύγραμμον ἐν τῷ Β κύκλῳ ἔλασσόν ἐστι τοῦ Β κύκλου]. οὐκ ἄρα ἐστὶν ὁ Β κύκλος ἐλάσσων τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου. — ἔστω δέ, εἰ δυνατόν, μείζων. πάλιν δὲ νοείσθω εἰς τὸν Β κύκλον εὐθύγραμμον ἐγγεγραμμένον καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον, ὥστε τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὸν Β κύκλον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κυλίνδρου, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸν Α κύκλον πολύγωνον ὅμοιον τῷ εἰς τὸν Β κύκλον ἐγγεγραμμένῳ, καὶ πρῖσμα ἀναγεγράφθω ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ κύκλῳ ἐγγεγραμμένου πολυγώνου. καὶ πάλιν ἡ ΚΔ ἴση ἔστω τῇ περιμέτρῳ τοῦ εὐθυγράμμου τοῦ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένου, καὶ ἡ ΖΔ ἴση αὐτῇ ἔστω. ἔσται δὴ τὸ μὲν ΚΤΔ τρίγωνον μεῖζον τοῦ εὐθυγράμμου τοῦ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένου [διότι βάσιν μὲν ἔχει τὴν περίμετρον αὐτοῦ, ὕψος δὲ μεῖζον τῆς ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου ἀγομένης καθέτου], τὸ δὲ ΕΔ παραλληλόγραμμον ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πρίσματος τῇ ἐκ τῶν παραλληλογράμμων συγκειμένῃ [διότι περιέχεται ὑπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ κυλίνδρου καὶ τῆς ἴσης τῇ περιμέτρῳ τοῦ εὐθυγράμμου, ὅ ἐστι βάσις τοῦ πρίσματος]. ὥστε καὶ τὸ ΡΔΖ τρίγωνον ἴσον ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πρίσματος· καὶ ἐπεὶ ὅμοιά ἐστι τὰ εὐθύγραμμα τὰ ἐν τοῖς Α, Β κύκλοις ἐγγεγραμμένα, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον πρὸς ἄλληλα, ὃν αἱ ἐκ τῶν κέντρων αὐτῶν δυνάμει. ἔχει δὲ καὶ τὰ ΚΤΔ, ΖΡΔ

---

1. *ἐγγεγραμμένον*] scripsi; *γεγραμμενον* F, uulgo. 7. *ἔχειν*] *εχει* F; corr. B* 10. *εγγεγραμμενον* F; corr. B* 12. *ἔστω*] *εστι* F; corr. A. 17. *μειζων* F, ut uidetur. *κέντρου*] *κεντρου πλευρας* F; corr. Torellius. 22. *ὅ*] *ὁς* F; corr. ed. Basil.

culum. permutando igitur [prisma ad cylindrum minorem rationem habet, quam figura circulo B inscripta ad B circulum][1]), quod absurdum est [u. Eutocius][2]). itaque fieri non potest, ut B circulus minor sit superficie cylindri.

sit autem, si fieri potest, maior. rursus autem fingatur figura rectilinea circulo B inscripta et alia circumscripta, ita ut figura circumscripta ad inscriptam minorem rationem habeat, quam B circulus ad superficiem cylindri [prop. 5], et inscribatur circulo Δ polygonum simile polygono circulo B inscripto, et prisma in polygono circulo [Δ] inscripto construatur. et rursus linea $K\Delta$ aequalis sit perimetro figurae rectilineae circulo Δ inscriptae, et linea $Z\Delta$ ei aequalis sit. erit igitur triangulus $KT\Delta$ maior figura rectilinea circulo Δ inscripta[3]), parallelogrammum autem $E\Delta$ aequale superficiei prismatis ex parallelogrammis compositae.[4]) quare etiam triangulus $P\Delta Z$ aequalis est superficiei prismatis [quia aequalis est parallelogrammo $E\Delta$; p. 62, 12]. et quoniam figurae rectilineae circulis Δ, Z inscriptae similes sunt, eandem inter se rationem habent, quam radii circulorum quadrati [Eucl.

---

1) Archimedes pro *καὶ ἐναλλάξ· ὅπερ ἀδύνατον* p. 64, 26 scripserat: *ἐναλλὰξ ἄρα ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ πρῖσμα πρὸς τὸν κύλινδρον, ἤπερ τὸ ἐγγεγραμμένον εἰς τὸν B κύκλον πολύγωνον πρὸς τὸν B κύκλον· ὅπερ ἄτοπον*, ut ex Eutocio adparet.

2) Sequentia uerba p. 64, 26—66, 2 subditiua esse adparet ex Eutocio.

3) Basis enim $K\Delta$ aequalis est perimetro polygoni, altitudo autem ΔT, quae aequalis est radio circuli Δ, maior quam radius minor polygoni. Uerba lin. 16—18 Archimedis non sunt; u. p. 62, 6.

4) U. p. 63 not. 2. Quae sequuntur lin. 20—23 subditiua sunt; cfr. p. 62, 9.

τρίγωνα πρὸς ἄλληλα λόγον, ὃν αἱ ἐκ τῶν κέντρων τῶν κύκλων δυνάμει. τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένον πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Β ἐγγεγραμμένον, καὶ τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΛΖΡ τρίγωνον. ἔλασσον δέ ἐστι τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένον τοῦ ΚΤΔ τριγώνου. ἔλασσον ἄρα καὶ τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Β κύκλῳ ἐγγεγραμμένον τοῦ ΖΡΛ τριγώνου· ὥστε καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ πρίσματος τοῦ ἐν τῷ κυλίνδρῳ ἐγγεγραμμένου· ὅπερ ἀδύνατον [ἐπεὶ γὰρ ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ περιγεγραμμένον εὐθύγραμμον περὶ τὸν Β κύκλον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον, ἢ ὁ Β κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κυλίνδρου, καὶ ἐναλλάξ, μεῖζον δέ ἐστι τὸ περιγεγραμμένον περὶ τὸν Β κύκλον τοῦ Β κύκλου, μεῖζον ἄρα ἐστὶν τὸ ἐγγεγραμμένον ἐν τῷ Β κύκλῳ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου. ὥστε καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ πρίσματος]. οὐκ ἄρα μείζων ἐστὶ ὁ Β κύκλος τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου. ἐδείχθη δέ, ὅτι οὐδὲ ἐλάσσων. ἴσος ἄρα ἐστίν.

ιδ'.

Παντὸς κώνου ἰσοσκελοῦς χωρὶς τῆς βάσεως ἡ ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέσον λόγον ἔχει τῆς πλευρᾶς τοῦ κώνου καὶ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ κώνου.

ἔστω κῶνος ἰσοσκελής, οὗ βάσις ὁ Α κύκλος, ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου ἔστω ἡ Γ. τῇ δὲ πλευρᾷ τοῦ κώνου

---

15. μειζων F. 21. ιε' F. 22. ἡ ἐπιφάνεια χωρὶς τῆς βάσεως Pseudopappus. 23. ἐστίν idem. 24. λόγον] ἀνάλογον idem. 25. ἐστιν idem.

XII, 1]. sed etiam trianguli $K T \Delta$, $Z P \Lambda$ eandem inter se rationem habent, quam radii circulorum quadrati.[1] itaque figura rectilinea circulo A inscripta ad figuram circulo B inscriptam eandem rationem habet, quam triangulus $K T \Delta$ ad triangulum $\Lambda Z P$. minor autem est figura rectilinea circulo A inscripta triangulo $K T \Delta$. itaque etiam figura rectilinea circulo B inscripta minor est triangulo $Z P \Lambda$; quare etiam superficie prismatis cylindro inscripti. quod fieri nequit.[2] itaque fieri non potest, ut circulus B maior sit superficie cylindri. demonstratum autem est, ne minorem quidem eum esse. itaque aequalis est.

XIV.

Superficies cuiusuis coni aequicrurii praeter basim aequalis est circulo, cuius radius media proportionalis est[3] inter latus coni et radium circuli, qui basis coni est.[4]

sit conus aequicrurius, cuius basis sit circulus A, radius autem eius sit Γ linea. et lateri coni aequalis

1) Nam $K T \Delta : Z P \Lambda = T \Delta : Z P = T \Delta^2 : H^2$; p. 65 not. 1; sed $T \Delta$ linea aequalis est radio circuli A, H radio circuli B.

2) Nam quoniam figura circum B circumscripta ad figuram inscriptam minorem rationem habet, quam circulus B ad superficiem cylindri, et B circulus $<$ figura circumscripta, erit etiam figura inscripta maior superficie cylindri, et multo magis superficie prismatis (prop. 12 p. 58, 18). Sequentia uerba lin. 10—17 deleo; cfr. p. 67 not. 2.

3) Archimedem scripsisse puto lin. 23: μέση ἐστὶν ἀνάλογον; cfr. p. 61 not. 2.


4) Hanc propositionem ut XIV^mam^ citat Pappus I p. 390, 16. sed uerba ipsa Archimedis interpolator addidit, ut recte suspicatus est Hultschius; neque enim Pappi temporibus scripta Archimedis in linguam communem conuersa circumferebantur; hoc enim post Eutocium demum factum est (Quaest. Arch. p. 77—78).

ἔστω ἴση ἡ Δ, τῶν δὲ Γ, Δ μέση ἀνάλογον ἡ Ε. ὁ δὲ Β κύκλος ἐχέτω τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῇ Ε ἴσην. λέγω, ὅτι ὁ Β κύκλος ἐστὶν ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου χωρὶς τῆς βάσεως. — εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσος, ἤτοι μείζων ἐστὶν ἢ ἐλάσσων. ἔστω πρότερον ἐλάσσων. ἔστι δὴ δύο μεγέθη ἄνισα ἥ τε ἐπιφάνεια τοῦ κώνου καὶ ὁ Β κύκλος, καὶ μείζων ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου. δυνατὸν ἄρα εἰς τὸν Β κύκλον πολύγωνον ἰσόπλευρον ἐγγράψαι καὶ ἄλλο περιγράψαι ὅμοιον τῷ ἐγγεγραμμένῳ, ὥστε τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ, ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν Β κύκλον. νοείσθω δη καὶ περὶ τὸν Α κύκλον πολύγωνον περιγεγραμμένον ὅμοιον τῷ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένῳ. καὶ ἀπὸ τοῦ περὶ τὸν Α κύκλον περιγεγραμμένου πολυγώνου πυραμὶς ἀνεστάτω ἀναγεγραμμένη τὴν αὐτὴν κορυφὴν ἔχουσα τῷ κώνῳ. ἐπεὶ οὖν ὅμοιά ἐστι τὰ πολύγωνα τὰ περὶ τοὺς Α, Β κύκλους περιγεγραμμένα, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον πρὸς ἄλληλα, ὃν αἱ ἐκ τοῦ κέντρου δυνάμει πρὸς ἀλλήλας, τουτέστιν ὃν ἔχει ἡ Γ πρὸς Ε δύναμει, τουτέστι ἡ Γ πρὸς Δ μήκει. ὃν δὲ λόγον ἔχει ἡ Γ πρὸς Δ μήκει, τοῦτον ἔχει τὸ περιγεγραμμένον πολύγωνον περὶ τὸν Α κύκλον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος τῆς περιγεγραμμένης περὶ τὸν κῶνον [ἡ μὲν γὰρ Γ ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου καθέτῳ ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου, ἡ δὲ Δ τῇ πλευρᾷ τοῦ κώνου· κοινὸν δὲ ὕψος ἡ περίμετρος τοῦ πολυγώνου πρὸς τὰ ἡμίση τῶν ἐπιφανειῶν]· τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει

11. *ἔχειν*] *εχει* F; corr. BC* 15. *τὸν Α*] scripsi; *το Α* F, uulgo. 19. *ὅν*] *ὡν* F; corr. BC* *τῶν κέντρων* ed. Basil., Torellius; sed cfr. p. 62, 19. 28. *ἡμίση*] *διπλάσια* Hauber, Nizze.

sit linea Δ, et inter Γ, Δ lineas media proportionalis E linea. circulus autem B radium lineae E aequalem habeat. dico, circulum B aequalem esse superficiei coni praeter basim.

nam si aequalis non est, aut maior est aut minor. prius minor sit. sunt igitur duae magnitudines inaequales, superficies coni et B circulus, quarum maior est superficies coni. itaque fieri potest, ut circulo B polygonum aequilaterum inscribatur et aliud circumscribatur simile inscripto, ita ut polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habeat, quam superficies coni ad B circulum [prop. 5]. fingatur igitur polygonum circum A circulum circumscriptum simile polygono circum B circumscripto. et in polygono circum A circulum circumscripto pyramis construatur eundem habens uerticem, quem habet conus. iam quoniam similia sunt polygona circum A, B circulos circumscripta, eandem habent rationem inter se, quam radii circulorum quadrati [p. 66, 24], id est, quam habet $\Gamma^2 : E^2$, id est $\Gamma : \Delta$ [Eucl. VI, 20 πόϱ. 2]. sed quam rationem habet Γ ad Δ, eam habet polygonum circumscriptum circum A circulum ad superficiem pyramidis circum conum circumscriptae.[1]) eandem igitur



1) Nam polygonum circumscriptum aequale est triangulo, cuius basis est perimetro polygoni aequalis, altitudo autem lineae Γ (p. 63 not. 1), et superficies pyramidis triangulo eandem basim habenti, altitudinem autem lineam Δ (prop. 8); tum u. Eucl. VI, 1; Zeitschr. f. Math. u. Physik XXIV p. 179 nr. 7. obscuritas uerborum proxime sequentium lin. 24—28 interpolatori, non Archimedi imputanda est.

τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Α κύκλον πρὸς το εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον καὶ αὐτὸ τὸ εὐθύγραμμον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος τῆς περιγεγραμμένης περὶ τὸν κῶνον. ὥστε ἴση ἐστὶν ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος τῷ εὐθυγράμμῳ τῷ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένῳ. ἐπεὶ οὖν ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον, ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν Β κύκλον, ἐλάσσονα λόγον ἕξει ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος τῆς περὶ τὸν κῶνον περιγεγραμμένης πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Β κύκλῳ ἐγγεγραμμένον, ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν Β κύκλον· ὅπερ ἀδύνατον [ἡ μὲν γὰρ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος μείζων οὖσα δέδεικται τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου, τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον εὐθύγραμμον ἐν τῷ Β κύκλῳ ἔλασσόν ἐστι τοῦ Β κύκλου]. οὐκ ἄρα ὁ Β κύκλος ἐλάσσων ἔσται τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου. — λέγω δή, ὅτι οὐδὲ μείζων. εἰ γὰρ δυνατόν ἐστιν, ἔστω μείζων. πάλιν δὴ νοείσθω εἰς τὸν Β κύκλον πολύγωνον ἐγγεγραμμένον καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον, ὥστε τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ, ὃν ἔχει ὁ Β κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κώνου, καὶ εἰς τὸν Α κύκλον νοείσθω ἐγγεγραμμένον πολύγωνον ὅμοιον τῷ εἰς τὸν Β κύκλον ἐγγεγραμμένῳ· καὶ ἀναγεγράφθω ἀπ' αὐτοῦ πυραμὶς τὴν αὐτὴν κορυφὴν ἔχουσα τῷ κώνῳ. ἐπεὶ οὖν ὅμοιά ἐστι τὰ ἐν τοῖς Α, Β κύκλοις ἐγγεγραμμένα, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον πρὸς ἄλληλα, ὃν αἱ ἐκ τῶν κέντρων δυνάμει πρὸς ἀλλήλας. τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ πολύγωνον πρὸς τὸ πολύγωνον,

2. αὐτὸ τό] τὸ αὐτό? cfr. tamen p. 74, 11; „eadem" Cr. 6. περιγεγραμμενοι F. ελασσο F; corr. BC*; fortasse ἐλάσσω

rationem habet figura rectilinea circum *A* circulum circumscripta ad figuram circum *B* circumscriptam, quam haec ipsa figura[1]) ad superficiem pyramidis circum conum circumscriptae. quare superficies pyramidis aequalis est figurae rectilineae circum *B* circulum circumscriptae [Eucl. V, 9]. iam quoniam minorem rationem habet figura rectilinea circum *B* circulum circumscripta ad figuram inscriptam, quam superficies coni ad *B* circulum, minorem rationem habebit superficies pyramidis circum conum circumscriptae ad figuram rectilineam circulo *B* inscriptam, quam superficies coni ad *B* circulum. quod fieri non potest.[2]) itaque fieri non potest, ut *B* circulus minor sit superficie coni. — dico igitur, eum ne maiorem quidem esse. sit enim, si fieri potest, maior. rursus igitur fingatur circulo *B* polygonum inscriptum et aliud circumscriptum, ita ut polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habeat, quam *B* circulus ad superficiem coni [prop. 5], et circulo *A* fingatur polygonum inscriptum simile polygono circulo *B* inscripto. et in eo pyramis construatur eundem uerticem habens, quem habet conus. iam quoniam polygona circulis *A*, *E* inscripta similia sunt, eandem habebunt rationem inter se, quam radii quadrati [Eucl. XII, 1]. polygona igitur inter

1) H. e. figura rectilinea circum *A* circulum circumscripta.
2) Nam superficies pyramidis maior est superficie coni (prop. 12 p. 58, 14), sed polygonum inscriptum minus circulo *B*.

cum A. 11. *ενγεγραμμενον* F. 16. *ἔστι*] *εσται* per compendium F; corr. Torellius. 17. *ἔσται*] per comp. F. 18. *δή*] scripsi; *δε* F, uulgo. 21. *ἔχειν*] *εχει* F; corr. B. 23. *τόν*] *το* F. 26. *κονω* F. 28. *τῶν*] *τ* suprascripto *ω* F.

καὶ ἡ Γ πρὸς τὴν Δ μήκει. ἡ δὲ Γ πρὸς τὴν Δ μείζονα λόγον ἔχει, ἢ τὸ πολύγωνον τὸ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος τῆς ἐγγεγραμμένης εἰς τὸν κῶνον [ἡ γὰρ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Α κύκλου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἀγομένη κάθετος ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου πρὸς τὴν ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου κάθετον ἀγομένην ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου]· μείζονα ἄρα λόγον ἔχει τὸ πολύγωνον τὸ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένον πρὸς τὸ πολύγωνον τὸ ἐν τῷ Β ἐγγεγραμμένον, ἢ αὐτὸ τὸ πολύγωνον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος. μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος τοῦ ἐν τῷ Β πολυγώνου ἐγγεγραμμένου. ἐλάσσονα δὲ λόγον ἔχει τὸ πολύγωνον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον, ἢ ὁ Β κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κώνου. πολλῷ ἄρα τὸ πολύγωνον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος τῆς ἐν τῷ κώνῳ ἐγγεγραμμένης ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ὁ Β κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κώνου· ὅπερ ἀδύνατον [τὸ μὲν γὰρ περιγεγραμμένον πολύγωνον μεῖζόν ἐστιν τοῦ Β κύκλου, ἡ δὲ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος τῆς ἐν τῷ κώνῳ ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου]. οὐκ ἄρα οὐδὲ μείζων ἐστὶν ὁ κύκλος τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου. ἐδείχθη δέ, ὅτι οὐδὲ ἐλάσσων. ἴσος ἄρα.

---

7. *πρὸς τὴν ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου*] om. F; corr. ed. Basil.* 11. *αὐτὸ τό*] *τὸ αὐτό*? cfr. p. 72, 2. 19. *κονω* F. 25. *ὁ κύκλος*] *ὁ κύκλος Β* Torellius.

se eandem habent rationem, quam $\Gamma : \Delta$ [Eucl. VI, 20 πόϱ. 2]. sed $\Gamma : \Delta$ maiorem rationem habet, quam polygonum circulo *A* inscriptum ad superficiem pyramidis cono inscriptae [u. Eutocius]. maiorem igitur rationem habet polygonum circulo *A* inscriptum ad polygonum circulo *B* inscriptum, quam hoc ipsum polygonum[1]) ad superficiem pyramidis. maior igitur est superficies pyramidis polygono circulo *B* inscripto. minorem autem rationem habet polygonum circum *B* circulum circumscriptum ad polygonum inscriptum, quam *B* circulus ad superficiem coni. multo igitur minorem rationem habet polygonum circum *B* circulum circumscriptum ad superficiem pyramidis cono inscriptae, quam *B* circulus ad superficiem coni. quod fieri non potest.[2]) itaque ne hoc quidem fieri potest, ut maior sit circulus [*B*] superficie coni. demonstratum autem est, eum ne minorem quidem esse. aequalis igitur est.

1) H. e. circulo *A* inscriptum.

2) Nam polygonum circumscriptum maius est circulo *B*, sed superficies pyramidis inscriptae minor superficie coni (prop. 12 p. 58, 5). sed quibus hoc ipsum continetur uerbis lin. 21—24 in suspicionem uocantur uerbis p. 64, 26 sq. damnatis (p. 67 not. 2); cfr. 69 not. 2.

ιε΄.

Παντὸς κώνου ἰσοσκελοῦς ἡ ἐπιφάνεια πρὸς τὴν βάσιν τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἡ πλευρὰ τοῦ κώνου πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως τοῦ κώνου.

ἔστω κῶνος ἰσοσκελής, οὗ βάσις ὁ Α κύκλος. ἔστω δὲ τῇ μὲν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Α ἴση ἡ Β, τῇ δὲ πλευρᾷ τοῦ κώνου ἡ Γ. δεικτέον, ὅτι τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν Α κύκλον, καὶ ἡ Γ πρὸς τὴν Β.

εἰλήφθω γὰρ τῶν Β, Γ μέση ἀνάλογον ἡ Ε, καὶ ἐκκείσθω κύκλος ὁ Δ ἴσην ἔχων τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῇ Ε. ὁ Δ ἄρα κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου [τοῦτο γὰρ ἐδείχθη ἐν τῷ πρὸ τούτου]· ἐδείχθη δὲ ὁ Δ κύκλος πρὸς τὸν Α κύκλον λόγον ἔχων τὸν αὐτὸν τῷ τῆς Γ πρὸς Β μήκει [ἑκάτερος γὰρ ὁ αὐτός ἐστι τῷ τῆς Ε πρὸς Β δυνάμει διὰ τὸ τοὺς κύκλους πρὸς ἀλλήλους εἶναι, ὡς τὰ ἀπὸ τῶν διαμέτρων τετράγωνα πρὸς ἄλληλα, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἐκ τῶν κέντρων τῶν κύκλων· εἰ γὰρ αἱ διάμετροι, καὶ τὰ ἡμίση, τουτέστιν αἱ ἐκ τῶν κέντρων. ταῖς δὲ ἐκ τῶν κέντρων ἴσαι εἰσὶν αἱ Β, Ε]. δῆλον οὖν, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν Α κύκλον τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἡ Γ πρὸς Β μήκει.

ις΄.


Ἐὰν κῶνος ἰσοσκελὴς ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ τῇ βάσει, τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου ἴσος ἐστὶ κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου

1. ις΄ F. 24. ιζ΄ F. 26. *ἐπιφανείᾳ*] *τη επιφανεια* F; corr. ed. Basil.; *τη* om. Pseudopappus. 27. *ἐστὶν* idem.

XV.

Superficies cuiusuis coni aequicrurii ad basim eandem rationem habet, quam latus coni ad radium basis coni.

sit conus aequicrurius, cuius basis circulus *A*. sit autem *B* linea aequalis radio circuli *A*, *Γ* autem aequalis lateri coni. demonstrandum, superficiem coni ad *A* circulum eandem rationem habere, quam *Γ* linea ad *B* lineam.



sumatur enim media proportionalis inter *B*, *Γ* lineas linea *E*, et ponatur circulus *Δ* radium lineae *E* aequalem habens. itaque circulus *Δ* aequalis est superficiei coni [prop. 14]. demonstratum autem est, *Δ* circulum ad *A* circulum eam rationem habere, quam *Γ* linea ad *B* lineam [prop. 14 p. 59, 20 sq.].[1]) adparet igitur, superficiem coni ad *A* circulum eandem rationem habere, quam *Γ* linea ad lineam *B*.

XVI.

Si conus aequicrurius secatur plano basi parallelo, superficiei coni inter plana parallela positae aequalis est circulus, cuius radius media proportionalis[2]) est

---


1) Nam $\Delta : A = E^2 : B^2$ (Eucl. XII, 2) et $B : \Gamma = B^2 : E^2$ (Eucl. VI, 20 πόρ. 2).

2) Archimedes p. 78, 1 scripserat: μέση. ἀνάλογόν ἐστι; cfr. p. 61 not. 2.

μέσον λόγον ἔχει τῆς τε πλευρᾶς τοῦ κώνου τῆς μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων καὶ τῆς ἴσης ἀμφοτέραις ταῖς ἐκ τῶν κέντρων τῶν κύκλων τῶν ἐν τοῖς παραλλήλοις ἐπιπέδοις.

ἔστω κῶνος, οὗ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον ἴσον τῷ *ΑΒΓ*, καὶ τετμήσθω παραλλήλῳ ἐπιπέδῳ τῇ βάσει, καὶ ποιείτω τομὴν τὴν *ΔΕ*· ἄξων δὲ τοῦ κώνου ἔστω ἡ *ΒΗ*. κύκλος δέ τις ἐκκείσθω, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέση ἀνάλογόν ἐστι τῆς τε *ΑΔ* καὶ συναμφοτέρου τῆς *ΔΖ*, *ΗΑ*. ἔστω δὲ κύκλος ὁ *Θ*. λέγω, ὅτι ὁ *Θ* κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν *ΔΕ*, *ΑΓ*.

ἐκκείσθωσαν γὰρ κύκλοι οἱ *Λ*, *Κ*, καὶ τοῦ μὲν *Κ* κύκλου ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δυνάσθω τὸ ὑπὸ τῶν *ΒΔΖ*, τοῦ δὲ *Λ* ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δυνάσθω τὸ ὑπὸ *ΒΑΗ*. ὁ μὲν ἄρα *Λ* κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ *ΑΒΓ* κώνου, ὁ δὲ *Κ* κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ *ΔΕΒ*. καὶ ἐπεὶ τὸ ὑπὸ τῶν *ΒΑ*, *ΑΗ* ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ τῶν *ΒΔ*, *ΔΖ* καὶ τῷ ὑπὸ τῆς *ΑΔ* καὶ συναμφοτέρου τῆς *ΔΖ*, *ΑΗ* διὰ τὸ παράλληλον εἶναι τὴν *ΔΖ* τῇ *ΑΗ*, ἀλλὰ τὸ μὲν ὑπὸ *ΑΒ*, *ΑΗ* δύναται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ *Λ* κύκλου, τὸ δὲ ὑπὸ *ΒΔ*, *ΔΖ* δύναται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ *Κ* κύκλου, τὸ δὲ ὑπὸ τῆς *ΔΑ* καὶ συναμφοτέρου τῆς *ΔΖ*, *ΑΗ* δύναται ἡ



1. τε om. idem. 7. τοῦ] των, ut uidetur, F. 8. ἡ] (prius)

inter latus coni, quod inter plana parallela positum est, et lineam aequalem utrique simul radio circulorum in planis parallelis positorum.[1])

sit conus eiusmodi, ut triangulus per axem eius positus aequalis sit triangulo $AB\Gamma$, et secetur plano basi parallelo, et efficiat [planum secans] sectionem ΔE. axis autem coni sit BH linea. ponatur autem circulus, cuius radius media sit proportionalis inter lineas $A\Delta$ et $\Delta Z + HA$, et sit circulus Θ. dico, circulum Θ aequalem esse superficiei coni inter lineas ΔE, $A\Gamma$ positae.

ponantur enim circuli Λ, K, et radius circuli K quadratus aequalis sit $B\Delta \times \Delta Z$, radius autem circuli Λ quadratus aequalis $BA \times AH$. itaque circulus Λ aequalis est superficiei coni $AB\Gamma$, K autem circulus aequalis superficiei coni ΔEB [prop. 14]. et quoniam

$$BA \times AH = B\Delta \times \Delta Z + A\Delta \times (\Delta Z + AH)$$

[u. Eutocius], quia ΔZ linea parallela est lineae AH, sed radius circuli Λ quadratus $= BA \times AH$, radius autem circuli K quadratus $= B\Delta \times \Delta Z$, radius autem circuli Θ quadratus $= A\Delta \times (\Delta Z + AH)$ [ex hypo-

1) Citat Pappus I p. 366, 21 sq.; sed totum hunc locum interpolatori tribuo; cfr. p. 69 not. 4. etiam uerba apud Pappum I p. 370, 12: διὰ τὸ αὐτὸ Ἀρχιμήδους ιζ' θεώρημα tum delenda sunt, etiam propter uitiosum numerum (cfr. Quaest. Arch. p. 154 not.).

addidi; om. F, uulgo. 13. εκκεισθωσ cum comp. ιν uel ην F. 14. τῶν $B\Delta Z$] scripsi; το $B\Delta Z$ F, uulgo*; βδζ ed. Basil., $B\Delta$, ΔZ Torellius. 16. BA, AH Torellius.

ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Θ, τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Λ κύκλου ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἐκ τῶν κέντρων τῶν Κ, Θ κύκλων. ὥστε καὶ ὁ Λ κύκλος ἴσος ἐστὶ τοῖς Κ, Θ κύκλοις. ἀλλ' ὁ μὲν Λ ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΒΑΓ κώνου, ὁ δὲ Κ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΔΒΕ κώνου. λοιπὴ ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου ἡ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν ΔΕ, ΑΓ ἴση ἐστὶ τῷ Θ κύκλῳ.

[ΛΗΜΜΑ.]

[*Ἔστω παραλληλόγραμμον τὸ ΒΑΗ, καὶ διάμετρος αὐτοῦ ἔστω ἡ ΒΗ. τετμήσθω ἡ ΒΑ πλευρά, ὡς ἔτυχεν, κατὰ τὸ Δ, καὶ διὰ τοῦ Δ ἤχθω παράλληλος τῇ ΑΗ ἡ ΔΘ, διὰ δὲ τοῦ Ζ τῇ ΒΑ ἡ ΚΛ. λέγω, ὅτι τὸ ὑπὸ ΒΑΗ ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ ΒΔΖ καὶ τῷ ὑπὸ ΔΑ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΔΖ, ΑΗ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν ὑπὸ ΒΑΗ ὅλον ἐστὶ τὸ ΒΗ, τὸ δὲ ὑπὸ ΒΔΖ τὸ ΒΖ, τὸ δὲ ὑπὸ ΔΑ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΔΖ, ΑΗ ὁ ΜΝΞ γνώμων (τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ ΔΑΗ ἴσον ἐστὶ τῷ ΚΗ διὰ τὸ ἴσον εἶναι τὸ ΚΘ παραπλήρωμα τῷ ΔΛ παραπληρώματι, τὸ δὲ ὑπὸ ΔΑ, ΔΖ τῷ ΔΛ), ὅλον ἄρα τὸ ΒΗ, ὅπερ ἐστὶν τὸ ὑπὸ ΒΑΗ, ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ ΒΔΖ καὶ τῷ ΜΝΞ γνώμονι, ὅς ἐστιν ἴσος τῷ ὑπὸ ΔΑ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΑΗ, ΔΖ.*]

ΛΗΜΜΑΤΑ.

α'. Οἱ κῶνοι οἱ ἴσον ὕψος ἔχοντες τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον ταῖς βάσεσιν· καὶ οἱ ἴσας ἔχοντες βάσεις τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον τοῖς ὕψεσιν.


---

10. *ΛΗΜΜΑ* om. F; add. Torellius. 15. *ΒΑ, ΑΗ* idem. *ΒΔ, ΔΖ* idem. 16. *ΑΗ*] *ΑΛ* F; corr. man. 2, ed. Basil.

thesi], erit radius circuli Λ quadratus aequalis radiis circulorum K, Θ quadratis. quare etiam

$$\Lambda = K + \Theta.$$ [1]

sed circulus Λ aequalis est superficiei coni $BA\Gamma$, K autem circulus aequalis superficiei coni ΔBE. itaque quae relinquitur [Eucl. I *κοιν. ἐνν.* 3] superficies coni inter plana parallela ΔE, $A\Gamma$ posita, aequalis est circulo Θ.[2]



LEMMATA.

1. Coni eandem altitudinem habentes eandem rationem habent, quam bases.[3] et coni aequales bases habentes eandem rationem habent, quam altitudines.[4]

---

1) Nam circuli inter se eam habent rationem, quam radii quadrati (Eucl. XII, 2); tum cfr. Quaest. Archim. p. 48.

2) Quod hic sequitur lemma subditiuum a Torellio ante prop. 16 transpositum est (Quaest. Arch. p. 72); hoc loco habet F.

3) Eucl. XII, 11: οἱ ὑπὸ τὸ αὐτὸ ὕψος ὄντες κῶνοι καὶ κύλινδροι πρὸς ἀλλήλους εἰσὶν ὡς αἱ βάσεις.

4) Eucl. XII, 14: οἱ ἐπὶ ἴσων βάσεων ὄντες κῶνοι καὶ κύλινδροι πρὸς ἀλλήλους εἰσὶν ὡς τὰ ὕψη.

---

17. BA, AH Torellius. $B\Delta$, ΔZ idem. 19. ΔA, AH idem. 20. τὸ $K\Theta$] τω $K\Theta$ F. 22. BA, AH Torellius. 23. $B\Delta$, ΔZ idem. γνωμωνι F; corr. Torellius. 25. λήμματα om. F; hoc et numeros add. Torellius. 26. οἱ ἴσον] οἱ om. F.

β'. Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ παρὰ τὴν βάσιν, ἔστιν, ὡς ὁ κύλινδρος πρὸς τὸν κύλινδρον, ὁ ἄξων πρὸς τὸν ἄξονα.

γ'. Τοῖς δὲ κυλίνδροις ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ εἰσὶν οἱ κῶνοι οἱ ἔχοντες τὰς αὐτὰς βάσεις τοῖς κυλίνδροις.

δ'. Καὶ τῶν ἴσων κώνων ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν· καὶ ὧν ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν, ἴσοι εἰσίν.

ε'. Καὶ οἱ κῶνοι, ὧν αἱ διάμετροι τῶν βάσεων τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσι τοῖς ἄξοσιν [τουτέστι τοῖς ὕψεσι], πρὸς ἀλλήλους ἐν τριπλασίονι λόγῳ εἰσὶν τῶν ἐν ταῖς βάσεσι διαμέτρων.

ταῦτα δὲ πάντα ὑπὸ τῶν πρότερον ἀπεδείχθη.

ιζ'.

Ἐὰν ὦσιν δύο κῶνοι ἰσοσκελεῖς, ἡ δὲ τοῦ ἑτέρου κώνου ἐπιφάνεια ἴση ᾖ τῇ τοῦ ἑτέρου βάσει, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου κάθετος ἀγομένη τῷ ὕψει ἴση ᾖ, ἴσοι ἔσονται οἱ κῶνοι.

---

5. *κονοι* F. 10. *αξουσιν* F. 11. *ἀλλήλους* per comp. F. 14. *ιη'* F.

2. Si cylindrus plano basi parallelo secatur, erit, ut cylindrus ad cylindrum, ita axis ad axem.[1])

3. Eandem autem rationem, quam cylindri, habent coni easdem bases habentes, quas cylindri habent [et altitudinem aequalem].[2])

4. Et bases conorum aequalium in contraria proportione altitudinum sunt. et quorum bases in contraria proportione altitudinum sunt, aequales sunt coni.[3])

5. Et coni, quorum basium diametri eandem rationem habent, quam axes[4]), in tripla ratione diametrorum basium sunt.[5])

Haec autem omnia a prioribus demonstrata sunt.

XVII.

Si dati suni duo coni aequicrurii, alterius autem coni superficies aequalis est basi alterius, linea autem a centro basis [prioris coni][6]) ad latus coni perpendicularis ducta aequalis est altitudini [alterius coni], coni aequales erunt.

---

1) Eucl. XII, 13: *ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ ὄντι τοῖς ἀπεναντίον ἐπιπέδοις, ἔσται, ὡς ὁ κύλινδρος πρὸς τὸν κύλινδρον, οὕτως ὁ ἄξων πρὸς τὸν ἄξονα.*

2) Post *τοῖς κυλίνδροις* Archimedes uix omiserat: *καὶ ὕψος ἴσον*, quac uerba addi uolunt Peyrardus, Hauberus, Nizzius. propositio ipsa apud Euclidem non legitur; sequitur autem ex XII, 10.

3) Eucl. XII, 15: *τῶν ἴσων κώνων καὶ κυλίνδρων ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσι· καὶ ὧν κώνων καὶ κυλίνδρων ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν, ἴσοι εἰσὶν ἐκεῖνοι.*

4) Uerba *τουτέστι τοῖς ὕψεσι* transscriptori tribuenda esse uidentur.

5) Eucl. XII, 12: *οἱ ὅμοιοι* (h. e. quorum axes et diametri basium proportionales sunt; XI def. 24) *κῶνοι καὶ κύλινδροι πρὸς ἀλλήλους ἐν τριπλασίονι λόγῳ εἰσὶ τῶν ἐν ταῖς βάσεσι διαμέτρων.*

6) Ueri simile est, Archimedem hos duos conos diligentius

ἔστωσαν δύο κῶνοι ἰσοσκελεῖς οἱ ΑΒΓ, ΔΕΖ· καὶ τοῦ ΑΒΓ ἡ μὲν βάσις ἴση ἔστω τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΔΕΖ, τὸ δὲ ὕψος τὸ ΑΗ ἴσον ἔστω τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως τοῦ Θ ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ κώνου, οἷον ἐπὶ τὴν ΔΕ, καθέτῳ ἠγμένῃ τῇ ΚΘ. λέγω, ὅτι ἴσοι εἰσὶν οἱ κῶνοι.

ἐπεὶ γάρ ἴση ἐστὶν ἡ βάσις τοῦ ΑΒΓ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΔΕΖ [τὰ δὲ ἴσα πρὸς τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον], ὡς ἄρα ἡ τοῦ ΒΑΓ βάσις πρὸς τὴν τοῦ ΔΕΖ βάσιν, οὕτως ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΔΕΖ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΔΕΖ. ἀλλ' ὡς ἡ ἐπιφάνεια πρὸς τὴν ἰδίαν βάσιν, οὕτως ἡ ΔΘ πρὸς τὴν ΘΚ [ἐδείχθη γὰρ τοῦτο, ὅτι παντὸς κώνου ἰσοσκελοῦς ἡ ἐπιφάνεια πρὸς τὴν βάσιν τὸν αὐτὸν λόγον ἔχει, ὃν ἡ πλευρὰ τοῦ κώνου πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως, τουτέστι ἡ ΔΕ πρὸς ΕΘ. ὡς δὲ ἡ ΕΔ πρὸς ΘΔ, οὕτως ἡ ΕΘ πρὸς ΘΚ. ἰσογώνια γάρ ἐστι τὰ τρίγωνα. ἴση δέ ἐστιν ἡ ΘΚ τῇ ΑΗ]. ὡς ἄρα ἡ βάσις τοῦ ΒΑΓ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΔΕΖ, οὕτως τὸ ὕψος τοῦ ΔΕΖ πρὸς τὸ ὕψος τοῦ ΑΒΓ. τῶν ΑΒΓ, ΔΕΖ ἄρα ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν. ἴσος ἄρα ἐστὶν ὁ ΒΑΓ τῷ ΔΕΖ κώνῳ.


ιη'.

Παντὶ ῥόμβῳ ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκειμένῳ ἴσος ἐστὶ κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἑτέρου κώνου τῶν περιεχόντων τὸν ῥόμβον, ὕψος δὲ

5. *καϑετον* F; corr. ed. Basil.* 10. *οὕτως* per comp. F; item lin. 12. 12. *ΔΘ*] *ΕΘ* F; corr. man. 2, B. *ΘΚ*] *Ε* supra scriptum man. 2 F. 15. *η ΔΕ τουτεστι* F; corr. ed. Basil.* 16. *ΕΘ*] *ΔΘ* F; *Ε* supra scriptum man. 2; corr. Torellius. *ΘΔ*] *ΘΕ* F man. 2, Torellius. *οὕτως*] per comp. F, ut lin. 19. *ΕΘ*] *ΔΘ* F man. 2, B, ed. Basil., Torellius. 23. *ιϑ'* F. 24. *κονων* F.

sint duo coni aequicrurii $AB\Gamma$, ΔEZ; et basis coni $AB\Gamma$ aequalis sit superficiei coni ΔEZ, altitudo autem AH aequalis lineae $K\Theta$ a centro basis Θ ad latus coni, uelut ΔE, perpendiculari ductae. dico, conos esse aequales.

nam quoniam basis coni $AB\Gamma$ aequalis est superficiei coni ΔEZ, erit, ut basis coni $BA\Gamma$ ad basim coni ΔEZ, ita superficies coni ΔEZ ad basim coni ΔEZ [Eucl. V, 7]. sed ut superficies ad basim eiusdem coni, ita $\Delta\Theta$ ad ΘK.[1]) itaque ut basis coni $BA\Gamma$ ad basim coni ΔEZ, ita altitudo coni ΔEZ ad altitudinem coni $AB\Gamma$.[2]) sunt igitur bases conorum $AB\Gamma$, ΔEZ in contraria proportione altitudinum. aequalis igitur est conus $BA\Gamma$ cono ΔEZ (λημμ. 4 p. 82).



XVIII.

Cuiuis rhombo[3]) ex conis aequicruriis composito aequalis est conus basim habens superficiei alterius coni eorum, qui rhombum comprehendunt, aequalem,

---

distinxisse; ea saltem uerba, quae in interpretatione addidi, uix omiserat; τοῦ ἑτέρου κώνου p. 82, lin. 18 addidit prop. 18. cfr. prop. 20; Quaest. Arch. p. 73.

1) Nam superficies coni ΔEZ : basis coni $\Delta EZ = \Delta E : E\Theta$ (prop. 15); sed $\Delta E : E\Theta = \Theta\Delta : \Theta K$ (Eucl. VI, 4), quia $\Delta E\Theta \sim \Theta K\Delta$.


2) Nam $\Theta K = HA$ ex hypothesi.

3) Sc. solido (defin. 6 p. 8).

ἴσον τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ ἑτέρου κώνου καθέτῳ ἀγομένῃ ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ ἑτέρου κώνου.

ἔστω ῥόμβος ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκείμενος ὁ ΑΒΓΔ, οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΒΓ κύκλος, ὕψος δὲ τὸ ΑΔ. ἐκκείσθω δέ τις ἕτερος ὁ ΗΘΚ τὴν μὲν βάσιν ἔχων τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΑΒΓ κώνου ἴσην, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ Δ σημείου καθέτῳ ἐπὶ τὴν ΑΒ ἢ τὴν ἐπ' εὐθείας αὐτῇ ἠγμένῃ. ἔστω δὲ ἡ ΔΖ, τὸ δὲ ὕψος τοῦ ΘΗΚ κώνου ἔστω τὸ ΘΛ· ἴσον δή ἐστιν τὸ ΘΛ τῇ ΔΖ. λέγω, ὅτι ἴσος ἐστὶν ὁ κῶνος τῷ ῥόμβῳ.

ἐκκείσθω γὰρ ἕτερος κῶνος ὁ ΜΝΞ τὴν μὲν βάσιν ἔχων ἴσην τῇ βάσει τοῦ ΑΒΓ κώνου, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ΑΔ. καὶ ἔστω τὸ ὕψος αὐτοῦ τὸ ΝΟ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΝΟ τῇ ΑΔ ἴση ἐστίν, ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ΝΟ πρὸς ΔΕ, οὕτως ἡ ΑΔ πρὸς ΔΕ. ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΑΔ πρὸς ΔΕ, οὕτως ὁ ΑΒΓΔ ῥόμβος πρὸς τὸν ΒΓΔ κῶνον· ὡς δὲ ἡ ΝΟ πρὸς τὴν ΔΕ, οὕτως ὁ ΜΝΞ κῶνος πρὸς τὸν ΒΓΔ κῶνον [διὰ τὸ τὰς βάσεις αὐτῶν εἶναι ἴσας]. ὡς ἄρα ὁ ΜΝΞ κῶνος πρὸς τὸν



ΒΓΔ κῶνον, οὕτως ὁ ΑΒΓΔ ῥόμβος πρὸς τὸν ΒΓΔ κῶνον. ἴσος ἄρα ἐστὶν ὁ ΜΝΞ τῷ ΑΒΓΔ ῥόμβῳ.

8. ηγμενην, ut uidetur, F; corr. Torellius. 13. εχον F.

altitudinem autem aequalem lineae, quae a uertice alterius coni ad latus prioris coni[1]) perpendicularis ducitur.

sit rhombus ex conis aequicruriis compositus $AB\Gamma\Delta$, cuius basis sit circulus circum $B\Gamma$ diametrum descriptus, altitudo autem $A\Delta$. ponatur autem alius conus $H\Theta K$ basim habens superficiei coni $AB\Gamma$ aequalem, altitudinem autem aequalem lineae a Δ puncto ad AB lineam uel eandem productam perpendiculari. sit autem ΔZ linea, altitudo autem coni ΘHK sit $\Theta\Lambda$ linea. itaque $\Theta\Lambda = \Delta Z$. dico, conum $[H\Theta K]$ aequalem esse rhombo.

ponatur enim alius conus $MN\Xi$ basim habens basi coni $AB\Gamma$ aequalem, altitudinem autem aequalem $A\Delta$ lineae. et sit altitudo eius NO linea. iam quoniam $NO = A\Delta$, erit [Eucl. V, 7]

$$NO : \Delta E = A\Delta : \Delta E.$$

sed

$$A\Delta : \Delta E = AB\Gamma\Delta : B\Gamma\Delta\text{[2])},$$

et

$$NO : \Delta E = MN\Xi : B\Gamma\Delta \ [\lambda\eta\mu\mu.\ 1\ \text{p.}\ 80].\text{[3])}$$

itaque

$$MN\Xi : B\Gamma\Delta = AB\Gamma\Delta : B\Gamma\Delta.$$

quare

$$MN\Xi = AB\Gamma\Delta \ [\text{Eucl. V, 9}].$$

---

1) Cfr. p. 83 not. 6.

2) Nam $AB\Gamma : B\Gamma\Delta = AE : E\Delta$ ($\lambda\eta\mu\mu$. 1 p. 80); quare componendo (Eucl. V, 18): $AB\Gamma + B\Gamma\Delta : B\Gamma\Delta = A\Delta : E\Delta$.

3) Sequentia uerba lin. 19—20 transscriptori tribuo; neque enim intellegitur, cur Archimedes, si ad lemma 1 lectorem reuocare uoluit, lin. 18, ubi magis opus erat, praetermiserit.

$AB\Gamma$] Γ om. F; add. eadem manus(?). 16. οὕτως F, ut lin. 17 et 18. 22. $AB\Gamma\Delta$] Δ om. F; add. man. 2.

καὶ ἐπεὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΑΒΓ ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΗΘΚ, ὡς ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΑΒΓ πρὸς τὴν ἰδίαν βάσιν, οὕτως ἡ βάσις τοῦ ΗΘΚ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΜΝΞ [ἡ γὰρ βάσις τοῦ ΑΒΓ ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΜΝΞ]. ὡς δὲ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΑΒΓ πρὸς τὴν ἰδίαν βάσιν, οὕτως ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΕ, τουτέστι ἡ ΑΔ πρὸς ΔΖ [ὅμοια γὰρ τὰ τρίγωνα]. ὡς ἄρα ἡ βάσις τοῦ ΗΘΚ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΝΜΞ, οὕτως ἡ ΑΔ πρὸς ΔΖ. ἴση δὲ ἡ μὲν ΑΔ τῇ ΝΟ [ὑπέκειτο γὰρ], ἡ δὲ ΔΖ τῇ ΘΛ. ὡς ἄρα ἡ βάσις τοῦ ΗΘΚ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΜΝΞ, οὕτως τὸ ΝΟ ὕψος πρὸς τὸ ΘΛ. τῶν ΗΘΚ, ΜΝΞ ἄρα κώνων ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν. ἴσοι ἄρα εἰσὶν οἱ κῶνοι. ἐδείχθη δὲ ὁ ΜΝΞ ἴσος τῷ ΑΒΓΔ ῥόμβῳ. καὶ ὁ ΗΘΚ ἄρα κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ ΑΒΓΔ ῥόμβῳ.

ιθ´.

Ἐὰν κῶνος ἰσοσκελὴς ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ τῇ βάσει, ἀπὸ δὲ τοῦ γενομένου κύκλου κῶνος ἀναγραφῇ κορυφὴν ἔχων τὸ κέντρον τῆς βάσεως, ὁ δὲ γενόμενος ῥόμβος ἀφαιρεθῇ ἀπὸ τοῦ ὅλου κώνου, τῷ περιλείμματι ἴσος ἔσται κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ κώνου καθέτῳ ἠγμένῃ.

ἔστω κῶνος ἰσοσκελὴς ὁ ΑΒΓ, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ παραλλήλῳ τῇ βάσει, καὶ ποιείτω τομὴν τὴν ΔΕ. κέντρον δὲ τῆς βάσεως ἔστω τὸ Ζ· καὶ ἀπὸ τοῦ περὶ διάμετρον τὴν ΔΕ κύκλου κῶνος ἀναγεγράφθω κορυ-

---

8. *ΝΜΞ*] sic FBC*; *ΜΝΞ* ed. Basil., Torellius. 10. *ΘΛ*]

et quoniam superficies coni $AB\Gamma$ aequalis est basi coni $H\Theta K$, erit, ut superficies coni $AB\Gamma$ ad basim eiusdem coni, ita basis coni $H\Theta K$ ad basim coni $MN\Xi$.[1] sed ut superficies coni $AB\Gamma$ ad basim eiusdem coni, ita AB ad BE [prop. 15], h. e. $A\Delta$ ad ΔZ.[2] itaque ut basis coni $H\Theta K$ ad basim coni $NM\Xi$, ita $A\Delta$ ad ΔZ. sed $A\Delta = NO$ [ex hypothesi], et $\Delta Z = \Theta\Lambda$ [ex hypothesi]. itaque ut basis coni $H\Theta K$ ad basim coni $MN\Xi$, ita erit NO altitudo ad $\Theta\Lambda$. conorum igitur $H\Theta K$, $MN\Xi$ bases in contraria sunt proportione altitudinum. quare coni aequales sunt [λημμ. 4 p. 82]. sed demonstratum est, conum $MN\Xi$ aequalem esse rhombo $AB\Gamma\Delta$. itaque etiam $H\Theta K$ conus aequalis est rhombo $AB\Gamma\Delta$.

XIX.

Si conus aequicrurius plano basi parallelo secatur, et in circulo inde orto conus construitur uerticem habens centrum basis, et rhombus inde ortus a toto cono subtrahitur, frusto relicto aequalis erit conus basim habens aequalem superficiei coni inter plana parallela positae, altitudinem autem aequalem lineae a centro basis a latus coni perpendiculari.


sit conus aequicrurius $AB\Gamma$, et secetur plano basi parallelo, quod efficiat sectionem ΔE. centrum autem basis sit Z. et in circulo circum diametrum ΔE de-


1) Nam basis coni $MN\Xi$ aequalis est basi coni $AB\Gamma$ (ex hypothesi). uerba lin. 4—5 Archimedis uix sunt.


2) Nam $ABE \sim A\Delta Z$; tum u. Eucl. VI, 4.


$\Lambda\Theta$ Torellius. ὡς] ωστε F; corr. B. 12. τῶν] του F. 16. κ' F. 21. περιληματι F.

φὴν ἔχων τὸ Ζ. ἔσται δὴ ῥόμβος ὁ ΒΔΖΕ ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκείμενος. ἐκκείσθω δή τις κῶνος ὁ ΚΘΛ, οὗ ἡ μὲν βάσις ἔστω ἴση τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν ΔΕ, ΑΓ, τὸ δὲ ὕψος, ἀχθείσης ἀπὸ τοῦ Ζ σημείου καθέτου ἐπὶ τὴν ΑΒ τῆς ΖΗ, ἔστω ἴσον τῇ ΖΗ. λέγω, ὅτι, ἐὰν ἀπὸ τοῦ ΑΒΓ κώνου νοηθῇ ἀφῃρημένος ὁ ΒΔΖΕ ῥόμβος, τῷ περιλείμματι ἴσος ἔσται ὁ ΘΚΛ κῶνος.









ἐκκείσθωσαν γὰρ δύο κῶνοι οἱ ΜΝΞ, ΟΠΡ, ὥστε τὴν μὲν τοῦ ΜΝΞ βάσιν ἴσην εἶναι τοῦ ΑΒΓ κώνου τῇ ἐπιφανείᾳ, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ΖΗ [διὰ δὴ τοῦτο ἴσος ἐστὶν ὁ ΜΝΞ κῶνος τῷ ΑΒΓ κώνῳ. ἐὰν γαρ ὦσι δύο κῶνοι ἰσοσκελεῖς, ἡ δὲ τοῦ ἑτέρου κώνου ἐπιφάνεια ἴση ᾖ τῇ τοῦ ἑτέρου βάσει, ἔτι δὲ ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου ἀγομένη κάθετος τῷ ὕψει ἴση, ἴσοι ἔσονται οἱ κῶνοι], τὴν δὲ τοῦ ΟΠΡ κώνου βάσιν ἴσην εἶναι τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΔΒΕ κώνου, ὕψος δὲ τῇ ΖΗ [διὰ δὴ τοῦτο ἴσος ἐστὶν ὁ ΟΠΡ κῶνος τῷ ΒΔΖΕ ῥόμβῳ· τοῦτο γὰρ προαπεδείχθη]. ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ ΑΒΓ κώνου ἐπιφάνεια σύγκειται ἔκ τε τῆς τοῦ ΒΔΕ ἐπιφανείας

6. τῆς] τη FBC*. 10. περιλημματι F. 12. κονος F.
27. τοῦτο] τουτοις F; corr. B*.

scripto construatur conus uerticem habens Z punctum. erit igitur $B\Delta ZE$ rhombus ex conis aequicruriis compositus. ponatur igitur conus $K\Theta\Lambda$, cuius basis aequalis sit superficiei inter ΔE, $A\Gamma$ positae, altitudo autem lineae ZH a Z puncto ad AB lineam perpendiculari ductae. dico, si rhombus $B\Delta ZE$ a cono $AB\Gamma$ ablatus fingatur, conum $\Theta K\Lambda$ aequalem futurum esse frusto relicto.

ponantur enim duo coni $MN\Xi$, $O\Pi P$, ita ut basis coni $MN\Xi$ aequalis sit superficiei coni $AB\Gamma$, altitudo autem lineae ZH[1]), basis autem coni $O\Pi P$ aequalis superficiei coni ΔBE, altitudo autem lineae ZH.[2])

sed quoniam superficies coni $AB\Gamma$ composita est ex superficie coni $B\Delta E$ et superficie inter AE, $A\Gamma$ posita, superficies autem coni $AB\Gamma$ aequalis est basi

1) Quaest. Arch. p. 75 dixi lin. 21—25 subditiuas mihi uideri esse, quippe quae nihil contineant nisi inutilem et ab Archimedis consuetudine abhorrentem repetitionem prop. 17; sed etiam lin. 19—21, quibus interpositis praue interrumpitur constructio, et membra ab ὥστε lin. 15 pendentia et per μέν lin. 15 — δέ lin. 25 coniuncta uiolenter disiunguntur, interpolatori tribuo.

2) Ex iis, quae not. 1 de uerbis similibus lin. 19—25 dixi, ueri simile fit, etiam uerba, quae hoc loco sequuntur lin. 26 διὰ δὴ — 28 προαπεδείχθη, interpolatori deberi.

καὶ τῆς μεταξὺ τῶν ΔΕ, ΑΓ, ἀλλ' ἡ μὲν τοῦ ΑΒΓ κώνου ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΜΝΞ κώνου, ἡ δὲ τοῦ ΔΒΕ ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶν τῇ βάσει τοῦ ΟΠΡ, ἡ δὲ μεταξὺ τῶν ΔΕ, ΑΓ ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΘΚΛ, ἡ ἄρα τοῦ ΜΝΞ βάσις ἴση ἐστὶ ταῖς βάσεσιν τῶν ΘΚΛ, ΟΠΡ. καί εἰσιν οἱ κῶνοι ὑπὸ τὸ αὐτὸ ὕψος. ἴσος ἄρα ἐστὶν καὶ ὁ ΜΝΞ κῶνος τοῖς ΘΚΛ, ΟΠΡ κώνοις. ἀλλ' ὁ μὲν ΜΝΞ κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ ΑΒΓ κώνῳ, ὁ δὲ ΠΟΡ τῷ ΒΔΕΖ ῥόμβῳ. λοιπὸς ἄρα ὁ ΘΚΛ κῶνος τῷ περιλείμματι ἴσος ἐστίν.

κ'.

Ἐὰν ῥόμβου ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκειμένου ὁ ἕτερος κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ τῇ βάσει, ἀπὸ δὲ τοῦ γενομένου κύκλου κῶνος ἀναγραφῇ κορυφὴν ἔχων τὴν αὐτὴν τῷ ἑτέρῳ κώνῳ, ἀπὸ δὲ τοῦ ὅλου ῥόμβου ὁ γενόμενος ῥόμβος ἀφαιρεθῇ, τῷ περιλείμματι ἴσος ἔσται ὁ κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ ἑτέρου κώνου ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ ἑτέρου κώνου καθέτῳ ἠγμένῃ.

ἔστω ῥόμβος ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκείμενος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ τμηθήτω ὁ ἕτερος κῶνος ἐπιπέδῳ παραλλήλῳ τῇ βάσει, καὶ ποιείτω τομὴν τὴν ΕΖ, ἀπὸ δὲ τοῦ περὶ διάμετρον τὴν ΕΖ κύκλου κῶνος ἀναγεγράφθω τὴν κορυφὴν ἔχων τὸ Δ σημεῖον. ἔσται δὴ γεγονὼς ῥόμβος ὁ ΕΒΔΖ, καὶ νοείσθω ἀφῃρημένος

7. κονος F. 9. ὁ] το FBC*. 10. περιλειμματι F. 11. κα' F. 12. ισκελων F. 14. κύκλου κῶνος] κωνου κυκλος

coni $MN\Xi$, et superficies coni ΔBE aequalis basi coni $O\Pi P$, et superficies inter ΔE, $A\Gamma$ posita aequalis basi coni $\Theta K\Lambda$ [ex hypothesi], basis igitur coni $MN\Xi$ aequalis est basibus conorum $\Theta K\Lambda$, $O\Pi P$, et omnes coni illi eandem habent altitudinem; quare

$$MN\Xi = \Theta K\Lambda + O\Pi P.^{1)}$$

sed $MN\Xi = AB\Gamma$ [prop. 17], et $\Pi OP = B\Delta EZ$ [prop. 18]. [itaque $AB\Gamma = \Theta K\Lambda + B\Delta EZ$, et ablato rhombo $B\Delta EZ$] erit igitur conus $\Theta K\Lambda$ aequalis frusto relicto [Eucl. I κοιν. ἐνν. 3].

XX.


Si in rhombo ex conis aequicruriis composito alter conus plano basi parallelo secatur, et in circulo inde orto conus construitur uerticem habens eundem, quem alter conus [rhombi], et rhombus inde ortus a toto rhombo aufertur, frusto relicto aequalis erit conus basim habens aequalem superficiei coni inter plana parallela positae, altitudinem autem lineae a uertice prioris[2]) coni ad latus alterius coni perpendiculari ductae.

sit rhombus ex conis aequicruriis compositus $AB\Gamma\Delta$, et secetur alter conus plano basi parallelo, quod efficiat sectionem EZ; et in circulo circum diametrum EZ descripto construatur conus uerticem habens Δ punctum. efficietur igitur rhombus $EB\Delta Z$, et fingatur ablatus ab toto rhombo. ponatur autem conus

1) Ex lemm. 1; cfr. Quaest. Arch. p. 48.
2) H. e. eius, qui plano parallelo secatur; cfr. p. 83 not. 6.

F; corr. ed. Basil. 16. ἀφαιρεθῇ] αφηνερεθη F expunctis litteris νε. 27. $EBZ\Delta$ Torellius.

ἀπὸ τοῦ ὅλου ῥόμβου. ἐκκείσθω δέ τις κῶνος ὁ ΘΚΛ τὴν μὲν βάσιν ἴσην ἔχων τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν ΑΓ, ΕΖ, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ Δ σημείου



καθέτῳ ἀγομένῃ ἐπὶ τὴν ΒΑ ἢ τὴν ἐπ᾿ εὐθείας αὐτῇ. λέγω, ὅτι ὁ ΘΚΛ κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ εἰρημένῳ περιλείμματι.

ἐκκείσθωσαν γὰρ δύο κῶνοι οἱ ΜΝΞ, ΟΠΡ· καὶ ἡ μὲν βάσις τοῦ ΜΝΞ κώνου ἴση ἔστω τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΑΒΓ, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ΔΗ [διὰ δὴ τὰ προδειχθέντα ἴσος ἐστὶν ὁ ΜΝΞ κῶνος τῷ ΑΒΓΔ ῥόμβῳ], τοῦ δὲ ΟΠΡ κώνου ἡ μὲν βάσις ἴση ἔστω τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΕΒΖ κώνου, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ΔΗ [ὁμοίως δὴ ἴσος ἐστὶν ὁ ΟΠΡ κῶνος τῷ ΕΒΖΔ ῥόμβῳ]. ἐπεὶ δὲ ὁμοίως ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΑΒΓ κώνου σύγκειται ἔκ τε τῆς τοῦ ΕΒΖ καὶ τῆς μεταξὺ τῶν ΕΖ, ΑΓ, ἀλλὰ ἡ μὲν τοῦ ΑΒΓ κώνου ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΜΝΞ, ἡ δὲ τοῦ ΕΒΖ κώνου ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ

---

5. περιληματι supra scripto μ F. 12. ομοιω F. In

ΘΚΛ basim habens superficiei inter *ΑΓ*, *EZ* positae aequalem, altitudinem autem lineae ab *Δ* puncto ad *BA* uel eandem productam perpendiculari ductae. dico, conum *ΘΚΛ* aequalem esse frusto relicto, quod commemorauimus.

ponantur enim duo coni *ΜΝΞ*, *ΟΠΡ*. et basis coni *ΜΝΞ* aequalis sit superficiei coni *ΑΒΓ*, altitudo autem lineae *ΔΗ*[1]); coni autem *ΟΠΡ* basis aequalis sit superficiei coni *EBZ*, altitudo autem lineae *ΔΗ*.[2]) quoniam autem, ut supra [prop. 19 p. 90, 28], superficies coni *ΑΒΓ* composita est ex superficie coni *EBZ* et superficie inter *EZ*, *ΑΓ* posita, et superficies coni *ΑΒΓ* aequalis est basi coni *ΜΝΞ*, et superficies coni *EBZ* aequalis basi coni *ΟΡΠ*, et superficies inter

1) Uerba sequentia lin. 9—10 subditiua esse puto; cfr. p. 91 not. 2.

2) Etiam uerba lin. 12—13, quae per uocabulum ὁμοίως uerba subditiua lin. 9—10 significant, necessario subditiua sunt, si illa iure damnauimus.

figura litteras *Α*, *Η* permutat F; pro O habet C; praeterea ut prop. 19 om. altitudines conorum.

τῇ βάσει τοῦ ΟΡΠ κώνου, ἡ δὲ μεταξὺ τῶν ΕΖ, ΑΓ ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΘΚΛ, ἡ ἄρα βάσις τοῦ ΜΝΞ ἴση ἐστὶ ταῖς βάσεσιν τῶν ΟΠΡ, ΘΚΛ. καί εἰσιν οἱ κῶνοι ὑπὸ τὸ αὐτὸ ὕψος. καὶ ὁ ΜΝΞ ἄρα κῶνος ἴσος ἐστὶ τοῖς ΘΚΛ, ΟΠΡ κώνοις. ἀλλ' ὁ μὲν ΜΝΞ κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ ΑΒΓΔ ῥόμβῳ, ὁ δὲ ΟΠΡ κῶνος τῷ ΕΒΔΖ ῥόμβῳ. λοιπὸς ἄρα ὁ κῶνος ὁ ΘΚΛ ἴσος ἐστὶ τῷ περιλείμματι τῷ λοιπῷ.

κα'.

Ἐὰν εἰς κύκλον πολύγωνον ἐγγραφῇ ἀρτιόπλευρόν τε καὶ ἰσόπλευρον, καὶ διαχθῶσιν εὐθεῖαι ἐπιζευγνύουσαι τὰς πλευρὰς τοῦ πολυγώνου, ὥστε αὐτὰς παραλλήλους εἶναι μιᾷ ὁποιαοῦν τῶν ὑπὸ δύο πλευρὰς τοῦ πολυγώνου ὑποτεινουσῶν, αἱ ἐπιζευγνύουσαι πᾶσαι πρὸς τὴν τοῦ κύκλου διάμετρον τοῦτον ἔχουσι τὸν λόγον, ὃν ἔχει ἡ ὑποτείνουσα τὰς μιᾷ ἐλάσσονας τῶν ἡμίσεων πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου.

ἔστω κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ ἐν αὐτῷ πολύγωνον ἐγγεγράφθω τὸ ΑΕΖΒΗΘΓΜΝΔΛΚ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΚ, ΖΛ, ΒΔ, ΗΝ, ΘΜ. δῆλον δή, ὅτι παράλληλοί εἰσιν τῇ ὑπὸ δύο πλευρὰς τοῦ πολυγώνου ὑποτεινούσῃ. λέγω οὖν, ὅτι αἱ εἰρημέναι πᾶσαι πρὸς τὴν τοῦ κύκλου διάμετρον τὴν ΑΓ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσι τῷ τῆς ΓΕ πρὸς ΕΑ.

ἐπεζεύχθωσαν γὰρ αἱ ΖΚ, ΛΒ, ΗΔ, ΘΝ. παράλληλος ἄρα ἡ μὲν ΖΚ τῇ ΕΑ, ἡ δὲ ΒΛ τῇ ΖΚ, καὶ ἔτι ἡ μὲν ΔΗ τῇ ΒΛ, ἡ δὲ ΘΝ τῇ ΔΗ, καὶ ἡ

---

7. *ΕΒΖΔ* Torellius. 8. *περιλιμματι* F. 19. Post *Κ* F habet *Λ*, sed expunctum. 27. *ΔΗ* (alt.) in rasura F.

Quoduis spatium sectione coni acutianguli comprehensum ad circulum diametrum maiori diametro sectionis coni acutianguli aequalem habentem eandem rationem habet, quam minor diametrus ad maiorem, quae est diametrus circuli.

sit enim sectio coni acutianguli, in qua sint litterae A, B, Γ, Δ, diametrus autem maior sit linea, in

1) Cfr. Zeitschr. f. Math., litt. Abth. XXIV p. 179 nr. 7.
2) Nam $EZ = Z A$, et altitudo eadem est. quare
$$\Delta EA = 2\Delta AZ.$$

τάν] scripsi; ποτι ταν F, uulgo; τουτέστι ποτὶ τάν ed. Basil., Torellius; „quae est circuli diametros" Cr.

τὰ *Α*, *Γ*, ἁ δὲ ἐλάσσων, ἐφ᾽ ἇς τὰ *Β*, *Δ*· ἔστω δὲ κύκλος περὶ διάμετρον τὰν *ΑΓ*. δεικτέον, ὅτι τὸ περιεχόμενον χωρίον ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ποτὶ τὸν κύκλον τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἁ *ΒΔ* ποτὶ τὰν *ΓΑ*, τουτέστι τὰν *ΕΖ*. ὃν δὴ λόγον ἔχει ἁ *ΒΔ* ποτὶ τὰν *ΕΖ*, τοῦτον ἐχέτω ὁ κύκλος, ἐν ᾧ τὸ *Ψ*, ποτὶ τὸν *ΑΕΓΖ* κύκλον. λέγω, ὅτι ἴσος ἐστὶν ὁ *Ψ* κύκλος τᾷ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾷ.



εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσος ὁ *Ψ* κύκλος τῷ περιεχομένῳ χωρίῳ ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς, ἔστω πρῶτον, εἰ δυνατόν, μείζων. δυνατὸν δή ἐστιν εἰς τὸν *Ψ* κύκλον πολύγωνον ἐγγράψαι ἀρτιόγωνον μεῖζον τοῦ *ΑΒΓΔ* χωρίου. νοείσθω δὴ ἐγγεγραμμένον. ἐγγεγράφθω δὲ καὶ εἰς τὸν *ΑΕΓΖ* κύκλον εὐθύγραμμον ὁμοῖον τῷ ἐν τῷ *Ψ* κύκλῳ ἐγγεγραμμένῳ, καὶ

8. τᾷ] τη F; corr. Torellius. 16. μειξον F; corr. Torellius. 24. δέ] scripsi; δη F, uulgo.

qua sunt A, Γ, minor autem ea, in qua B, Δ. sit autem circulus, circum diametrum $A\Gamma$ descriptus. demonstrandum est, spatium sectione coni acutianguli comprehensum ad circulum eandem habere rationem, quam $B\Delta : \Gamma A$, hoc est $B\Delta : EZ$. iam circulus, in quo est littera Ψ, ad circulum $AE\Gamma Z$ eam habeat rationem, quam $B\Delta : EZ$. dico, circulum Ψ aequalem esse sectioni coni acutianguli.

nam si circulus Ψ spatio sectione coni acutianguli comprehenso aequalis non est, sit prius, si fieri potest, maior. potest igitur fieri, ut circulo Ψ inscribatur polygonum [aequilaterum], cuius anguli pares sunt numero, maius spatio $AB\Gamma\Delta$.[1]) fingatur igitur inscriptum. et etiam circulo $AE\Gamma Z$ inscribatur figura rectilinea, polygono circulo Ψ inscripto similis, et ab angulis eius lineae ad $A\Gamma$ diametrum perpen-

1) Nam fieri potest, ut circulo Ψ inscribatur polygonum (p), ita ut spatia relicta minora sint eo spatio, quo Ψ spatium $AB\Gamma\Delta$ excedit; u. de sph. et cyl. I, 6 p. 24. erit igitur:

$$\Psi - p < \Psi - AB\Gamma\Delta \supset : p > AB\Gamma\Delta.$$

ἀπὸ τᾶν γωνιᾶν αὐτοῦ καθέτοι ἄχθωσαν ἐπὶ τὰν ΑΓ διάμετρον, ἐπὶ δὲ τὰ σαμεῖα, καθ' ἃ τέμνοντι αἱ καθέτοι τὰν τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομάν, εὐθείαι ἐπεξεύχθωσαν. ἐσσείται δή τι ἐν τᾷ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾷ ἐγγεγραμμένον εὐθύγραμμον, καὶ ἕξει αὐτὸ ποτὶ τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ ΑΕΓΖ κύκλῳ ἐγγεγραμμένον τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἁ ΒΔ ποτὶ τὰν ΕΖ. ἐπεὶ γὰρ αἱ ΕΘ, ΚΛ καθέτοι εἰς τὸν αὐτὸν λόγον τετμήνται κατὰ τὰ Μ, Β, δῆλον, ὅτι τὸ ΛΕ τραπέξιον ποτὶ τὸ ΘΜ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἁ ΘΕ ποτὶ τὰν ΒΘ. διὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τῶν ἄλλων τραπεξίων ἕκαστον τῶν ἐν τῷ κύκλῳ ποθ' ἕκαστον τῶν τραπεξίων τῶν ἐν τᾷ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾷ τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, ὃν ἁ ΕΘ ποτὶ τὰν ΒΘ. ἔχοντι δὲ καὶ τὰ τρίγωνα τὰ ποτὶ τοῖς Α, Γ τὰ ἐν τῷ κύκλῳ ποτὶ τὰ ἐν τᾷ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾷ τοῦτον τὸν λόγον. ἕξει οὖν καὶ ὅλον τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ ΑΕΓΖ κύκλῳ ἐγγεγραμμένον ποτὶ ὅλον τὸ ἐγγεγραμμένον εὐθύγραμμον ἐν τᾷ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾷ τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἁ ΕΖ ποτὶ τὰν ΒΔ. ἔχει δὲ τὸ αὐτὸ εὐθύγραμμον καὶ ποτὶ τὸ ἐν τῷ Ψ κύκλῳ ἐγγεγραμμένον τοῦτον τὸν λόγον, διότι καὶ οἱ κύκλοι τοῦτον εἶχον τὸν λόγον. ἴσον ἄρα ἐστὶν τὸ εὐθύγραμμον το ἐν τῷ Ψ κύκλῳ ἐγγεγραμμένον τῷ εὐθυγράμμῳ τῷ ἐν τᾷ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾷ ἐγγεγραμμένῳ· ὅπερ ἀδύνατον. μεῖξον γὰρ ἦν ὅλου τοῦ περιεχομένου χωρίου ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς.

---

2. *τέμνοντι*] scripsi; *τεμνονται* F, uulgo. 4. *δή*] scripsi; *δε* F, uulgo. *τι*] *τι εὐθύγραμμον* ed. Basil., Torellius. ego *εὐθύγραμμον* lin. 5. post *ἐγγεγραμμένον* addere malui (om. F, uulgo). 5. *αὐτό*] scripsi; *το αυτο* F, uulgo. litteras *H*, *Ξ*, O, *P*, *Σ* (*E*?), *N* in figura cum F addidi; *Π* ipse addidi. 9. *τὸ ΘΜ*]

diculares ducantur, et ad puncta, in quibus lineae perpendiculares sectionem coni acutianguli secant, lineae ducantur. erit igitur figura quaedam rectilinea sectioni coni acutianguli inscripta, et habebit ad figuram rectilineam circulo $A E \Gamma Z$ inscriptam eandem rationem, quam $B\Delta : EZ$. nam quoniam $E\Theta$, $K\Lambda$, lineae perpendiculares eadem proportione in punctis M, B sectae sunt, adparet, trapezium ΛE ad ΘM eam habere rationem, quam $\Theta E : B\Theta$.[1]) eadem de causa etiam cetera trapezia singula, quae in circulo sunt, ad singula trapezia, quae in sectione coni acutianguli sunt, eam habent rationem, quam $E\Theta : B\Theta$. sed etiam triangula ad puncta A, Γ in circulo posita ad triangula in sectione coni acutianguli posita eandem rationem habent.[2]) itaque etiam tota figura rectilinea circulo $A E \Gamma Z$ inscripta ad totam figuram sectioni coni acutianguli inscriptam eam rationem habet, quam $EZ : B\Delta$.[3]) sed eadem figura etiam ad figuram circulo Ψ inscriptam hanc rationem habet, quoniam etiam circuli hanc rationem habebant [Eucl. V, 16].[4]) itaque figura circulo Ψ inscripta figurae sectioni coni acutianguli inscriptae aequalis est [Eucl. V, 9]. quod fieri non potest. maior enim erat toto spatio sectione coni acutianguli comprehenso.

---

1) U. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 180 nr. 11.

2) Habent enim rationem, quam $\Pi H : \Pi \Xi$, quae aequalis est $E\Theta : B\Theta$.

3) ἐναλλὰξ καὶ συνθέντι καὶ ἐναλλάξ; tum quia
$$EZ = 2E\Theta,\ B\Delta = 2B\Theta.$$

4) U. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 181 nr. 13.

τα ΘM F; corr. Torellius. 13. εχωντι F, uulgo; corr. Torellius. 15. τᾷ] Torellius; τη F, uulgo. 20. αυτο το F; corr. Torellius.

ἀλλ' ἔστω, εἰ δυνατόν, ἐλάσσων. πάλιν δὴ δυνατὸν εἰς τὰν τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰν ἐγγράψαι πολύγωνον ἀρτιόπλευρον μεῖζον τοῦ Ψ κύκλου. ἐγγεγράφθω οὖν, καὶ ἀπὸ τᾶν γωνιᾶν αὐτοῦ καθέτοι ἀχθεῖσαι ἐπὶ τὰν ΑΓ ἐκβεβλήσθωσαν ποτὶ τὰν τοῦ κύκλου περιφέρειαν. πάλιν οὖν ἐσσεῖται τι ἐν τῷ ΑΕΓΖ κύκλῳ εὐθύγραμμον ἐγγεγραμμένον, ὃ ἕξει ποτὶ τὸ ἐν τᾷ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾷ ἐγγεγραμμένον τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἁ ΕΖ ποτὶ τὰν ΒΔ. ἐγγραφέντος δὴ καὶ εἰς τὸν Ψ κύκλον ὁμοίου αὐτῷ δειχθησέται τὸ ἐν τῷ Ψ κύκλῳ ἐγγεγραμμένον ἴσον ἐὸν τῷ ἐν τᾷ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾷ ἐγγεγραμμένῳ· ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἔστιν οὖν οὐδὲ ἐλάσσων ὁ Ψ κύκλος τοῦ χωρίου τοῦ περιεχομένου ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς. δῆλον οὖν, ὅτι τὸ εἰρημένον χωρίον ποτὶ τὸν ΑΕΓΖ κύκλον τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἁ ΒΔ ποτὶ τὰν ΕΖ.

ε′.

Πᾶν χωρίον περιεχόμενον ὑπὸ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ποτὶ πάντα κύκλον τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν διαμέτρων τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς τοῦ κύκλου διαμέτρου τετράγονων.

ἔστω γάρ τι χωρίον περιεχόμενον ὑπὸ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς, ἐν ᾧ τὸ Χ. διαμέτροι δὲ ἔστωσαν τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς αἱ ΑΓ, ΒΔ, μείζων δὲ

---

3. *πολυγωγωνον* F. 6. *τι*] *τη* FBC*. 7. *ΑΕΓΖ*] scripsi; *ΔΕ* F, uulgo; *ΑΕ* Torellius. 8. *τό*] Torellius; *ταν* F, uulgo. *ἐγγραφέντος*] scripsi; *εγγεγραφεντος* F, uulgo. 18. ϛ′ Torellius.

sed, si fieri potest, minor sit [circulus Ψ]. rursus igitur fieri potest, ut sectioni coni acutianguli inscribatur polygonum [aequilaterum], cuius latera paria sunt numero[1]), maius circulo Ψ.[2]) inscribatur igitur, et lineae ab angulis eius ad $A\Gamma$ perpendiculares ductae producantur ad ambitum circuli. rursus igitur circulo $AE\Gamma Z$ figura rectilinea inscripta erit, quae ad figuram sectioni coni acutianguli inscriptam eam rationem habebit, quam $EZ : B\Delta$ [p. 310, 5 sq.]. si igitur etiam circulo Ψ inscribitur figura ei similis, figura circulo Ψ inscripta demonstrabitur aequalis esse figurae sectioni coni acutianguli inscriptae [p. 310, 16 sq.]. quod fieri non potest.[3]) itaque circulus Ψ ne minor quidem est spatio sectione coni acutianguli comprehenso. adparet igitur, hoc spatium ad circulum $AE\Gamma Z$ eam rationem habere, quam $B\Delta : EZ$.[4])

V.

Quoduis spatium sectione coni acutianguli comprehensum ad quemuis circulum eam rationem habet, quam rectangulum diametris sectionis coni acutianguli comprehensum ad quadratum diametri circuli.

sit enim spatium aliquod sectione coni acutianguli comprehensum, in quo sit littera X. diametri autem sectionis coni acutianguli sint $A\Gamma$, $B\Delta$, maior autem


1) Debebat ėsse: cuius laterum numerus per quattuor diuidi possit; ita etiam p. 308, 19 dictum esse oportuit.

2) Hoc fieri posse, eodem modo intellegitur, quo in circulo demonstrauimus p. 309 not. 1.

3) Nam circulus Ψ, figura inscripta maior, minor est figura ellipsi inscripta.

4) Proprie hoc adparet, figuram ellipsi comprehensam aequalem esse circulo Ψ; tum u. p. 308, 4 et Eucl. V, 7.

ἁ *ΑΓ*. καὶ κύκλος ἔστω, ἐν ᾧ τὸ *Ψ*, διάμετρος δὲ αὐτοῦ ἁ *ΕΖ*. δεικτέον, ὅτι τὸ *X* χωρίον ποτὶ τὸν *Ψ* κύκλον τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν *ΑΓ*, *ΒΔ* ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς *ΕΖ* τετράγωνον.



περιγεγράφθω δὴ κύκλος περὶ διάμετρον τὰν *ΑΓ*. τὸ δὴ *X* χωρίον ποτὶ τὸν κύκλον, οὗ διάμετρος ἁ *ΑΓ*, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν *ΑΓ*, *ΒΔ* ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς *ΑΓ* τετράγωνον. δεδείκται γὰρ ἔχον, ὃν ἁ *ΒΔ* ποτὶ τὰν *ΑΓ*. ἔχει δὲ καὶ ὁ κύκλος, οὗ διάμετρος ἁ *ΑΓ*, ποτὶ τὸν κύκλον, οὗ διάμετρος ἁ *ΕΖ*, τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς *ΑΓ* τετράγωνον ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς *ΕΖ*. δῆλον οὖν, ὅτι τὸ *X* χωρίον ποτὶ τὸν *Ψ* κύκλον τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ ὑπὸ τᾶν *ΑΓ*, *ΒΔ* περιεχόμενον ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς *ΕΖ* τετράγωνον.

ϛ'.

Τὰ περιεχόμενα χωρία ὑπὸ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον ποτ' ἄλλαλα, ὃν τὰ περι-

1. τό] om. F; corr. B. 23. τᾶς] (alt.) της F. 27. ξ' Torel-

sit $A\Gamma$. et sit circulus, in quo sit littera Ψ, et diametrus eius EZ. demonstrandum est, esse

$$X : \Psi = A\Gamma \times B\Delta : EZ^2.$$

circumscribatur igitur [circum spatium X] circulus, circum diametrum $A\Gamma$ descriptus. habebit igitur spatium X ad circulum, cuius diametrus est $A\Gamma$, eandem rationem, quam habet $A\Gamma \times B\Delta : A\Gamma^2$. nam demonstratum est, spatium X ad circulum, cuius diametrus sit $A\Gamma$, eam habere rationem, quam $B\Delta : A\Gamma$ [prop. 4]. sed etiam circulus, cuius diametrus est $A\Gamma$, ad circulum, cuius diametrus est EZ, eam rationem habet, quam $A\Gamma^2 : EZ^2$ [Eucl. XII, 2]. adparet igitur, esse $X : \Psi = A\Gamma \times B\Delta : EZ^2$ [Eucl. V, 22].

VI.

Spatia sectione coni acutianguli comprehensa eam inter se rationem habent, quam rectangula diametris

---

lius. 28. τομᾶν Torellius. 29. ποτ' ἄλλαλα] ποτι τα αλλα F; corr. ed. Basil.

εχόμενα ὑπὸ τᾶν διαμέτρων τᾶν τῶν ὀξυγωνίων κώνων τομᾶν ποτ' ἄλλαλα.

ἔστω περιεχόμενα χωρία ὑπὸ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς, ἐν οἷς τὰ Α, Β. ἔστω δὲ καὶ τὸ μὲν ΓΔ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν διαμέτρων τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς τᾶς περιεχούσας τὸ Α χωρίον, τὸ δὲ ΕΖ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν διαμέτρων τᾶς ἑτέρας τομᾶς. δεικτέον, ὅτι τὸ Α χωρίον ποτὶ τὸ Β τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ ΓΔ ποτὶ τὸ ΕΖ.

λελάφθω δὴ κύκλος τις, ἐν ᾧ τὸ Ψ, ἀπὸ δὲ τᾶς διαμέτρου αὐτοῦ τετράγωνον ἔστω τὸ ΚΛ. ἔχει δὴ τὸ μὲν Α χωρίον ποτὶ τὸν Ψ κύκλον τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ ΓΔ ποτὶ τὸ ΚΛ, ὁ δὲ Ψ κύκλος ποτὶ τὸ Β χωρίον τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ ΚΛ ποτὶ τὸ ΕΖ. δῆλον οὖν, ὅτι τὸ Α χωρίον ποτὶ τὸ Β τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ ΓΔ ποτὶ τὸ ΕΖ.

ΠΟΡΙΣΜΑ.


Ἐκ τούτου δὲ φανερόν, ὅτι τὰ περιεχόμενα χωρία ὑπὸ ὁμοίαν ὀξυγωνίων κώνων τομᾶν τὸν αὐτὸν λόγον ἔχοντι ποτ' ἄλλαλα, ὃν ἔχοντι δυνάμει ποτ' ἀλλάλας αἱ ὁμολόγοι διαμέτροι τᾶν τομᾶν.


---

1. *τᾶν τῶν ὀξυγωνίων κώνων*] scripsi cum margine ed. Basil.; *τμαμα των οξυγωνιων κωνων* F, uulgo; *τᾶν τοῦ ὀξυγωνίου κώνου* Torellius. 3. *τομᾶν* Torellius. 5. *τᾶς*] *τα* F; corr. B*. 11. *ΚΛ*] *Κ Α* F. *δή*] scripsi; *δε* F, uulgo. 17. ⊓ mg. F. 20. *εχωντι* bis F; corr. BV.

sectionum conorum acutiangulorum comprehensa inter se habent.

sint spatia sectione coni acutianguli comprehensa, in quibus sint litterae A, B. rectangulum autem $\Gamma\Delta$ diametris contineatur sectionis coni acutianguli, quae A spatium comprehendit, rectangulum autem EZ contineatur diametris alterius sectionis. demonstrandum est, esse $A : B = \Gamma\Delta : EZ$.





sumatur igitur circulus aliquis, in quo sit littera Ψ, et in diametro eius construatur quadratum $K\Lambda$. erit igitur $A : \Psi = \Gamma\Delta : K\Lambda$ [prop. 5], et etiam

$$\Psi : B = K\Lambda : EZ \text{ [prop. 5; Eucl. V, 16].}$$

adparet igitur, esse $A : B = \Gamma\Delta : EZ$ [Eucl. V, 22].

COROLLARIUM.

Hinc autem adparet, spatia sectionibus conorum acutiangulorum similibus comprehensa eandem inter se habere rationem, quam quadrata diametrorum sectionum, quae sibi respondeant.[1])

1) Nam similes ellipses eae sunt, quarum qui sibi respondeant axes proportionales sint.

ζʹ.

Ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς δοθείσας καὶ γραμμᾶς ἀπὸ τοῦ κέντρου τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἀνεστακούσας ὀρθᾶς ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐστιν ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά, δυνατόν ἐστι κῶνον εὑρεῖν κορυφὰν ἔχοντα τὸ πέρας τᾶς ἀνεστακούσας εὐθείας, οὗ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐσσείται ἁ δοθεῖσα τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά.

δεδόσθω τις ὀξυγωνίου κώνου τομά, καὶ ἀπὸ τοῦ κέντρου αὐτᾶς εὐθεῖα γραμμὰ ἀνεστακοῦσα ὀρθὰ ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐστιν ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά. διὰ δὲ τᾶς ἀνεστακούσας εὐθείας καὶ τᾶς ἐλάσσονος διαμέτρου ἐπίπεδόν τι ἐκβεβλήσθω, καὶ ἔστω ἐν αὐτῷ ἁ μὲν ἐλάσσων διάμετρος ἁ AB, τὸ δὲ κέντρον τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς τὸ Δ, ἁ δὲ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἀνεστακοῦσα ὀρθὰ ἁ $\Gamma\Delta$, πέρας δὲ αὐτᾶς τὸ Γ. ἁ δὲ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ νοείσθω περὶ διάμετρον τὰν AB γεγραμμένα ἐν ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὰν $\Gamma\Delta$. δεῖ δὴ κῶνον εὑρεῖν κορυφὰν ἔχοντα τὸ Γ σαμεῖον, οὗ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐσσείται ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά.


ἀπὸ δὴ τοῦ Γ ἐπὶ τὰ A, B εὐθείαι ἀχθείσαι ἐκβεβλήσθων, καὶ ἀπὸ τοῦ A διάχθω ἁ AZ, ὥστε τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τᾶν AE, EZ ποτὶ τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς $E\Gamma$ τοῦτον ἔχειν τὸν λόγον, ὃν ἔχει τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς ἡμισείας τᾶς μείζονος διαμέ-

1. ηʹ Torellius. 6. εὐθείας] repetit F. 9. κώνου] om. F; corr. B. 22. δή] Torellius; δε F, uulgo. εὐθείαι ἀχθείσαι ἐκβεβλήσθων] scripsi; ευθεια αχθεισα εκβεβλησθω F, uulgo. 24. τᾶν] των per comp. F; corr. Torellius. 25. εχει F; corr. Torellius. 26. ἡμισείας τᾶς] scripsi; τᾶς om. F, uulgo.

VII.

Data sectione coni acutianguli et linea a centro sectionis coni acutianguli erecta perpendiculari ad planum, in quo est sectio coni acutianguli, fieri potest, ut inueniatur conus uerticem habens terminum lineae erectae, in cuius superficie sit data sectio coni acutianguli.

data sit sectio coni acutianguli et linea a centro eius perpendicularis erecta ad planum, in quo est sectio coni acutianguli. et per lineam erectam diametrumque minorem ducatur planum, et in eo sit diametrus minor AB, et centrum sectionis coni acutianguli Δ, et linea a centro perpendicularis erecta $\Gamma\Delta$, et terminus eius Γ. sectio autem coni acutianguli fingatur circum diametrum AB descripta in plano ad $\Gamma\Delta$ lineam perpendiculari. oportet igitur conum inueniri uerticem habentem punctum Γ, in cuius superficie data sectio coni acutianguli sit.



lineae igitur a Γ puncto ad puncta A, B ductae producantur, et ab A puncto ducatur linea AZ, ita ut ratio $AE \times EZ : E\Gamma^2$ aequalis sit rationi, quam habet quadratum dimidiae diametri maioris ad $\Delta\Gamma^2$. hoc autem fieri potest, quoniam

τρου ποτὶ τὸ ἀπὸ ΔΓ τετράγωνον. δυνατὸν δέ ἐστιν, ἐπεὶ μείζων ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ, ὃν ἔχει τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΔ, ΔΒ περιεχόμενον ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΔΓ τετράγωνον. ἀπὸ δὲ τᾶς ΑΖ ἐπίπεδον ἀνεστακέτω ὀρθὸν ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐντι αἱ ΑΓ, ΑΖ. ἐν δὲ τῷ ἐπιπέδῳ τούτῳ κύκλος γεγράφθω περὶ διάμετρον τὰν ΑΖ, καὶ ἀπὸ τοῦ κύκλου τούτου κῶνος ἔστω κορυφὰν ἔχων τὸ Γ σαμεῖον. ἐν δὴ τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τούτου δειχθησέται ἐοῦσα ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά.

εἰ γὰρ μή ἐστιν ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, ἀναγκαῖον, εἶμέν τι σαμεῖον ἐπὶ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς, ὃ μή ἐστιν ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου. νοείσθω δή τι σαμεῖον λελαμμένον ἐπὶ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς τὸ Θ, ὃ οὔκ ἐστιν ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, καὶ ἀπὸ τοῦ Θ κάθετος ἄχθω ἁ ΘΚ ἐπὶ τὰν ΑΒ. ἐσσείται δὴ αὐτὰ ὀρθὰ ποτὶ τὸ ἐπίπεδον τό, ἐν ᾧ ἐντι αἱ ΑΓ, ΓΖ. ἀπὸ δὲ τοῦ Γ ἐπὶ τὸ Κ εὐθεῖα ἀχθεῖσα ἐκβεβλήσθω, συμπιπτέτω δὲ αὐτὰ τᾷ ΑΖ κατὰ τὸ Λ, καὶ ἀπὸ τοῦ Λ ἄχθω ποτ' ὀρθὰς τᾷ ΖΑ ἁ ΛΜ ἐν τῷ κύκλῳ τῷ περὶ τὰν ΑΖ. τὸ δὲ Μ νοείσθω μετέωρον ἐπὶ τᾶς περιφερείας αὐτοῦ. ἄχθω δὲ καὶ παρὰ τὰν ΑΒ διὰ μὲν τοῦ Λ ἁ ΞΟ, διὰ δὲ τοῦ Ε ἁ ΠΡ. ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν ὑπὸ τᾶν ΕΑ, ΕΖ περιεχόμενον ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΕΓ τετράγωνον τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς ἡμισείας τᾶς μείζονος διαμέτρου ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΔΓ, τὸ δὲ ἀπὸ τᾶς ΕΓ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΕΠ, ΕΡ, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς ΔΓ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν

1. δέ] supra scriptum manu 1 F. 2. μειζω F. 3. ΔΒ] ΑΒ F; corr. B. 5. ἐντι] εντη F. 8. δή] scripsi; δε F, uulgo. 9. ουσα F, uulgo. αξυγωνιου F. 10. γάρ] addidi; om. F, uulgo; „nam si non" Cr. 13. δή] scripsi; δε F, uulgo; „itaque" Cr. 17. ΓΑΖ ed. Basil., Torellius. 18. δέ] scripsi;

$$AE \times EZ : E\Gamma^2 > A\varDelta \times \varDelta B : \varDelta\Gamma^2.$$[1])

porro a linea AZ planum erigatur perpendiculare ad id planum, in quo sunt lineae $A\Gamma$, AZ. in hoc autem plano circulus describatur circum diametrum AZ, et in hoc circulo conus construatur uerticem habens punctum Γ. iam demonstrabimus, in huius coni superficie esse sectionem [datam] coni acutianguli.

nam si in superficie coni non est, necesse est esse punctum aliquod in sectione coni acutianguli, quod non sit in coni superficie. fingatur igitur punctum aliquod Θ sumptum in sectione coni acutianguli, quod in superficie coni non sit, et a Θ puncto ducatur linea ΘK ad lineam AB perpendicularis. haec igitur ad planum, in quo lineae $A\Gamma$, ΓZ sunt, perpendicularis erit [Eucl. XI def. 4]. a puncto Γ autem ad K linea ducta producatur, et lineae AZ in puncto $\varLambda$ incidat, et a puncto $\varLambda$ ad lineam $Z A$ perpendicularis ducatur linea $\varLambda M$ in circulo circum diametrum AZ descripto. M autem punctum fingatur sublime in ambitu eius. ducatur autem praeterea lineae AB parallela per $\varLambda$ punctum linea ΞO, per E autem linea ΠP. iam quoniam $EA \times EZ : E\Gamma^2$ eandem rationem habet, quam quadratum dimidiae diametri maioris ad $\varDelta\Gamma^2$ [ex hypothesi], et $E\Gamma^2 : E\Pi \times EP = \varDelta\Gamma^2 : A\varDelta \times \varDelta B$[2]),

1) Quo modo Archimedes hanc condicionem inuenerit, nescimus; ueram eam esse, ostendit Nizze p. 162—63.

2) Est enim $E\Gamma : E\Pi = \varDelta\Gamma : A\varDelta$ (Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 178 nr. 4) ↄ: $E\Gamma^2 : E\Pi^2 = \varDelta\Gamma^2 : A\varDelta^2$; sed $E\Pi^2 = E\Pi \times EP$, et $A\varDelta^2 = A\varDelta \times \varDelta B$.

δη F, uulgo. 19. ἄχϑω] ἀνεστακέτω? 26. ὑπὸ τᾶν] scripsi; om. F, uulgo*; ὑπό ed. Basil., Torellius.

ΑΔ, ΔΒ, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον το ὑπὸ τᾶν ΑΕ, ΕΖ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΠΕ, ΕΡ, ὃν τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς ἡμισείας τᾶς μείζονος διαμέτρου ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΔ, ΔΒ. ἔστιν δέ, ὡς μὲν τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΕ, ΕΖ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΕΠ, ΕΡ, οὕτω τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΛ, ΛΖ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΛΞ, ΛΟ. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ τᾶς ἡμισείας τᾶς μείζονος διαμέτρου ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΔ, ΔΒ, οὕτως τὸ ἀπὸ τὰς ΘΚ τετράγωνον ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΚ, ΚΒ. τὸν αὐτὸν ἄρα ἔχει λόγον τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΛ, ΛΖ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΞΛ, ΛΟ, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς ΘΚ τετράγωνον ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΚ, ΚΒ. ἔχει δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΞΛ, ΛΟ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΓΛ τετράγωνον τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ ὑπὸ ΑΚ, ΚΒ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΚΓ τετράγωνον. ἔχει ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΛ, ΛΖ περιεχόμενον ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΓΛ τετράγωνον τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς ΘΚ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΚΓ. τῷ δὲ ὑπὸ τᾶν ΑΛ, ΛΖ περιεχομένῳ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΛΜ τετράγωνον· ἐν ἡμικυκλίῳ γὰρ τῷ περὶ τὰν ΑΖ κάθετος ἄχθη ἁ ΛΜ. τὸν αὐτὸν ἄρα ἔχει λόγον τὸ ἀπὸ τᾶς ΛΜ τετράγωνον ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΛΓ, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς ΘΚ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΚΓ. ὥστε ἐπ' εὐθείας ἐστὶν τὰ Γ, Θ, Μ σαμεῖα. ἁ δὲ ΓΜ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐστὶ τοῦ κώνου. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ τὸ Θ σαμεῖον ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐσσεῖται τοῦ κώνου. ὑπέκειτο δὲ μὴ εἶμεν. οὐκ ἄρα ἐστὶ σαμεῖον οὐδὲν ἐπὶ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς, ὃ οὐκ ἔστιν ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ προειρημένου κώνου. ὅλα

1. *ΔΒ*] *ΑΒ* F; corr. B, Cr. 3. *τᾶς μείζονος*] Torellius; *της μειζονος* F, uulgo. 4. *ΕΖ*] *ΕΓ* F; corr. Torellius. 6. *ΛΞ*] *ΑΞ* F. 8. *ΔΒ*] *ΑΒ* F; corr. B, Cr. 10. *ΞΛ*] *ΖΛ* F. 13. *ὑπό*] *ὑπὸ τᾶν* B, ed. Basil., Torellius. 19. *ἄρα*] om. F; corr. Torellius. 25. *ἐπέκειτο* Torellius.

habet $AE \times EZ : \Pi E \times EP$ eandem rationem, quam quadratum dimidiae diametri maioris ad $A\Delta \times \Delta B$ [Eucl. V, 22]. est autem

$$AE \times EZ : E\Pi \times EP = A\Lambda \times \Lambda Z : \Lambda\Xi \times \Lambda O.$$ [1])

sed ut quadratum dimidiae diametri maioris ad

$$A\Delta \times \Delta B,$$

ita est $\Theta K^2 : AK \times KB$ [Apollon. I, 21]. itaque erit

$$A\Lambda \times \Lambda Z : \Xi\Lambda \times \Lambda O = \Theta K^2 : AK \times KB.$$

sed etiam

$$\Xi\Lambda \times \Lambda O : \Gamma\Lambda^2 = AK \times KB : K\Gamma^2.$$ [2])

quare

$$A\Lambda \times \Lambda Z : \Gamma\Lambda^2 = \Theta K^2 : K\Gamma^2 \text{ [Eucl. V, 22].}$$

sed $A\Lambda \times \Lambda Z = \Lambda M^2$; linea enim ΛM in semicirculo circum AZ descripto perpendicularis est [tum u. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 181 nr. 16]. erit igitur

$$\Lambda M^2 : \Lambda\Gamma^2 = \Theta K^2 : K\Gamma^2 \text{ [hoc est } \Lambda M : \Lambda\Gamma = \Theta K : K\Gamma\text{].}$$

itaque in eadem linea posita sunt puncta Γ, Θ, M.[3]) sed linea ΓM in superficie coni est [Apollon. I, 1]. adparet ergo, etiam punctum Θ in superficie coni esse. supposuimus autem, non esse. itaque nullum punctum est in sectione coni acutianguli, quod in superficie

---

1) Nam cum $\Pi E \parallel \Xi\Lambda$, erit (p. 321 not. 2)

$$AE : E\Pi = A\Lambda : \Lambda\Xi,$$

et cum $\Lambda O \parallel EP$, erit etiam (ibid.) $EZ : EP = \Lambda Z : \Lambda O$. tum multiplicando inuenitur proportio, quam quaerimus.

2) Nam $\Gamma\Lambda : \Xi\Lambda = \Gamma K : AK$ (Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 178 nr. 4) et $\Gamma\Lambda : \Lambda O = \Gamma K : KB$. itaque multiplicando $\Gamma\Lambda^2 : \Xi\Lambda \times \Lambda O = \Gamma K^2 : AK \times KB$; tum ἐναλλάξ (Eucl. V, 16).

3) Nam $\Gamma\Lambda M$ triangulum est, in quo transuersalis est $K\Theta$, ut ex proportione illa $\Lambda M : \Lambda\Gamma = \Theta K : \Gamma K$ sequitur (cfr. not. 2).

οὖν ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐστὶν τοῦ αὐτοῦ κώνου.

η΄.

Ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς δοθείσας καὶ γραμμᾶς μὴ ὀρθᾶς ἀνεστακούσας ἀπὸ τοῦ κέντρου τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἐν ἐπιπέδῳ, ὅ ἐστιν ὀρθὸν ἀνεστακὸς διὰ τᾶς ἑτέρας διαμέτρου ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐστιν ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά, δυνατόν ἐστι κῶνον εὑρεῖν κορυφὰν ἔχοντα τὸ πέρας τᾶς ἀνεστακούσας εὐθείας, οὗ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐσσεῖται ἁ δοθεῖσα τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά.

ἔστω δὴ διάμετρος μὲν τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἁ BA, κέντρον δὲ τὸ Δ, καὶ ἁ $\Delta\Gamma$ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἀνεστακοῦσα, ὡς εἰρήται. ἁ δὲ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ νοείσθω περὶ διάμετρον τὰν AB ἐν ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐντι αἱ AB, $\Gamma\Delta$. δεῖ δὴ κῶνον εὑρεῖν κορυφὰν ἔχοντα τὸ Γ σαμεῖον, οὗ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐσσεῖται ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά.

οὐ δή ἐντι ἴσαι αἱ $A\Gamma$, ΓB, ἐπεὶ ἁ $\Gamma\Delta$ οὔκ ἐστιν ὀρθὰ ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐστιν ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά. ἔστω οὖν ἴσα ἁ $E\Gamma$ τᾷ ΓB· ἁ δὲ N εὐθεῖα ἴσα ἔστω τᾷ ἡμισείᾳ τᾶς ἑτέρας διαμέτρου, ἅ ἐστι συζυγὴς τᾷ AB· καὶ διὰ τοῦ Δ ἄχθω ἁ ZH παρὰ τὰν EB. ἀπὸ δὲ τᾶς EB ἐπίπεδον ἀνεστακέτω ὀρθὸν ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐντι αἱ $A\Gamma$, ΓB, καὶ ἐν τῷ ἐπιπέδῳ τούτῳ γεγράφθω περὶ διάμετρον τὰν

3. ϑ΄ Torellius. 7. ποτί] τι supra scriptum manu 1 F. 8. ἁ τοῦ] αυτου F; corr. ed. Basil. 9. ενασταχουσας F. 12. δή] Torellius; δε F, uulgo. 24. τᾷ] ἁ F; corr. Torellius.

coni, quem commemorauimus, non sit. ergo tota sectio coni acutianguli in eiusdem coni superficie est.

VIII.

Data sectione coni acutianguli et linea a centro sectionis coni acutianguli non perpendiculari erecta in plano, quod per alteram diametrum erectum est ad id planum perpendiculare, in quo est sectio coni acutianguli, fieri potest, ut inueniatur conus uerticem habens terminum lineae erectae, in cuius superficie sit sectio coni acutianguli data.

sit igitur BA diametrus sectionis coni acutianguli, centrum autem Δ, et linea $\Delta\Gamma$ a centro erecta sit, ita ut diximus. sectio autem coni acutianguli fingatur circum diametrum AB descripta in plano, quod perpendiculare est ad planum, in quo sunt lineae AB, $\Gamma\Delta$. oportet igitur conum inueniri uerticem habentem punctum Γ, in cuius superficie sit sectio coni acutianguli data.

lineae igitur $A\Gamma$, ΓB aequales non sunt, quoniam linea $\Gamma\Delta$ ad planum, in quo est sectio coni acutianguli, perpendicularis non est.[1]) sit igitur $E\Gamma = \Gamma B$. et linea N aequalis sit dimidiae alteri diametro, quae cum diametro AB coniugata est. et per Δ ducatur ZH lineae EB parallela. ab EB autem planum erigatur perpendiculare ad planum, in quo sunt lineae $A\Gamma$, ΓB, et in hoc plano describatur[2]) circum diametrum EB, si

1) Si $\Gamma\Delta$ perpendicularis esset, $A\Gamma$ et ΓB recti coni latera essent.

2) Sequentia uerba subditiua esse (κύκλος ἢ ἔλλειψις; u. not. crit. ad p. 326 lin. 1) ostendi Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 43 sq.; Philologisk Samfunds Mindeskrift (Hauniae 1879)

ΕΒ, εἰ μὲν ἴσον ἐστὶ τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς *Ν* τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τᾶν *ΖΔ*, *ΔΗ*, κύκλος, εἰ δὲ μή ἐστιν ἴσον, ὀξυγωνίου κώνου τομὰ τοιαύτα, ὥστε τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς ἑτέρας διαμέτρου ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς *ΕΒ* τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον, ὃν ἔχει τὸ ἀπὸ τᾶς *Ν* τετράγωνον ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν *ΖΔ*, *ΔΗ*. κῶνος δὲ λελάφθω κορυφὰν ἔχων τὸ *Γ* σαμεῖον, οὗ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐσσείται ὁ κύκλος ἢ ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ ἁ περὶ διάμετρον τὰν *ΕΒ*· δυνατὸν δέ ἐστι τοῦτο, ἐπεὶ ἀπὸ τοῦ *Γ* ἐπὶ μέσαν τὰν *ΕΒ* ἀχθεῖσα ὀρθά ἐντι ποτὶ τὸ ἐπίπεδον τὸ κατὰ τὰν *ΕΒ*. ἐν ταύτᾳ δὴ τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐστὶ καὶ ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ ἁ περὶ διάμετρον τὰν *ΑΒ*. εἰ γὰρ μή ἐστιν, ἐσσείται τι σαμεῖον ἐπὶ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς, ὃ οὐκ ἐσσείται ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου. νοείσθω τι σαμεῖον λελαμμένον τὸ *Θ*, ὃ οὔκ ἐστιν ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, καὶ ἀπὸ τοῦ *Θ* κάθετος ἄχθω ἁ *ΘΚ*

1. *ΕΒ*] *ΕΒ* κυκλος η ελλειψις F, uulgo; ultima uerba deleui. 5. τομά] τομαν FBC*. 11. ἔχειν] εχει F; corr. Torellius.

$N^2 = Z\Delta \times \Delta H$, circulus[1]), sin minus, sectio coni acutianguli eiusmodi, ut quadratum alterius diametri ad EB^2 eandem rationem habeat, quam

$$N^2 : Z\Delta \times \Delta H.$$ [2])

et sumatur conus uerticem habens punctum Γ, in cuius superficie sit circulus uel sectio coni acutianguli circum diametrum EB descripta. hoc autem fieri potest, cum [linea][3]) a puncto Γ ad mediam lineam EB ducta perpendicularis sit ad planum in EB linea positum.[4]) in hac igitur superficie erit sectio coni acutianguli circum diametrum AB descripta. nam si non est, erit punctum aliquod in sectione coni acutianguli, quod in coni superficie non sit. fingatur punctum aliquod Θ sumptum, quod in superficie coni non sit, et a Θ puncto ducatur ΘK ad AB perpendicularis.

p. 3. Nizzius minus bene pro ἔλλειψις restitui uoluit ὀξυγωνίου κώνου τομά.

1) Tum orietur conus, cuius basis est circulus ille, uertex autem Γ, in cuius superficie erit ellipsis data.

2) H. e. ellipsis similis ellipsi circum ZH diametrum descriptae, in qua linea N perpendicularis est in puncto Δ. sit enim huius ellipsis diametrus altera d, prioris autem d_1. erit igitur $\frac{1}{4}d^2 : \frac{1}{4}ZH^2 = N^2 : Z\Delta \times \Delta H$ (Apoll. I, 21) $= d_1{}^2 : EB^2$. diametri igitur proportionales sunt; tum u. p. 317 not. 1.

3) In Graecis uocabulum εὐθεῖα omissum est, quod saepissime fit; u. index s. u. εὐθεῖα.

4) Nam planum per EB positum perpendiculare est ad planum per $A\Gamma$, ΓB positum, et EB eorum sectio communis; tum u. Eucl. XI def. 4 (perpendicularis autem ab Γ ad EB ducta hanc in duas partes aequales secabit, quia $\Gamma E = \Gamma B$); itaque uti possumus prop. 7.

15. κῶνος δέ] scripsi; δέ om. F, uulgo. 20. τομὰ ά] scripsi; ά om. F, uulgo. 23. ταυτη F; corr. Torellius. 24. τομὰ ά] ά addidi; om. F, uulgo. 25. ἐσσεῖται τι] εσσειτι F; corr. B. 27. ἐσσεῖται] εσται per comp. F, uulgo.

ἐπὶ τὰν ΑΒ· ἁ δὲ ΓΚ ἐπιζευχθεῖσα ἐκβεβλήσθω καὶ συμπιπτέτω τᾷ ΕΒ κατὰ τὸ Λ. διὰ δὲ τοῦ Λ ἄχθω τις ἐν τῷ ὀρθῷ ἐπιπέδῳ τῷ κατὰ τὰν ΕΒ ποτ' ὀρθὰς τᾷ ΕΒ ἁ ΛΜ. τὸ δὲ Μ νοείσθω μετέωρον ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου. ἄχθω δὲ καὶ διὰ τοῦ Λ παρὰ τὰν ΑΒ ἁ ΠΡ. ἔστιν δή, ὡς μὲν τὸ ἀπὸ τᾶς Ν τετράγωνον ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΖΔ, ΔΗ, οὕτως τὸ ἀπὸ τᾶς ΛΜ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΕΛ, ΛΒ, ὡς δὲ τὸ ὑπὸ τᾶν ΖΔ, ΔΗ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΔ, ΔΒ, οὕτως τὸ ὑπὸ ΕΛ, ΛΒ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΠΛ, ΛΡ. ἐσσεῖται οὖν, ὡς τὸ ἀπὸ τᾶς Ν τετράγωνον ποτὶ τὸ ὑπὸ ΑΔ, ΔΒ περιεχόμενον, οὕτως τὸ ἀπὸ τᾶς ΛΜ τετράγωνον ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΠΛ, ΛΡ. ἔχει δέ, ὡς τὸ ἀπὸ τᾶς Ν τετράγωνον ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΔ, ΔΒ, οὕτως τὸ ἀπὸ τᾶς ΘΚ τετράγωνον ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΚ, ΚΒ, ἐπεὶ ἐν τᾷ αὐτᾷ ὀξυγωνίου κώνου τομᾷ καθέτοι ἐντὶ ἀγμέναι ἐπὶ διάμετρον τὰν ΑΒ. τὸν αὐτὸν ἄρα ἔχει λόγον τὸ ἀπὸ τᾶς ΛΜ τετράγωνον ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΠΛ, ΛΡ, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς ΘΚ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΚ, ΚΒ. ἔχει δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΠΛ, ΛΡ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΓΛ τετράγωνον τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΚ, ΚΒ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΚΓ. τὸν αὐτὸν οὖν λόγον ἔχει τὸ ἀπὸ τᾶς ΛΜ τετράγωνον ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΛΓ τετράγωνον, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς ΘΚ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΚΓ. ὥστε ἐπ' εὐθείας ἐντὶ τὰ Γ, Θ, Μ σαμεῖα. ἁ δὲ ΓΜ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ τὸ Θ σαμεῖον ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐστὶ τοῦ κώνου. ὑπέκειτο δὲ μὴ εἶμεν. φανερὸν οὖν ἐστιν, ὃ ἔδει δεῖξαι.

2. τὸ Λ] το Α F; corr. B*. 3. τῷ κατά] scripsi; κατα F, uulgo. 4. τᾷ] (prius) τας F, corr. Torellius. 15. τᾶν] των per comp. F; corr. Torellius. 21. τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΚ] ποτ ἁ F; corr. ed. Basil., Cr. 22. οὖν] supra scriptum manu 1 F.

et linea ΓK ducta producatur et lineae EB in puncto Λ incidat. et per Λ ducatur linea ΛM ad lineam EB perpendicularis in plano perpendiculari in linea EB posito. M autem punctum fingatur sublime in superficie coni. ducatur autem etiam per Λ punctum linea ΠP lineae AB parallela. erit igitur

$$N^2 : Z\Delta \times \Delta H = \Lambda M^2 : E\Lambda \times \Lambda B$$ [1]),

et praeterea erit

$$Z\Delta \times \Delta H : A\Delta \times \Delta B = E\Lambda \times \Lambda B : \Pi\Lambda \times \Lambda P.$$ [2])

erit igitur

$$N^2 : A\Delta \times \Delta B = \Lambda M^2 : \Pi\Lambda \times \Lambda P$$ [Eucl. V, 22].

est autem $N^2 : A\Delta \times \Delta B = \Theta K^2 : AK \times KB$, quoniam in eadem sectione coni acutianguli perpendiculares ductae sunt ad diametrum AB [Apollon. I, 21]. ergo $\Lambda M^2 : \Pi\Lambda \times \Lambda P = \Theta K^2 : AK \times KB$. est autem etiam $\Pi\Lambda \times \Lambda P : \Gamma\Lambda^2 = AK \times KB : K\Gamma^2$ [cfr. p. 323 not. 2]. erit igitur etiam

$$\Lambda M^2 : \Gamma\Lambda^2 = \Theta K^2 : K\Gamma^2$$ [Eucl. V, 22]

[et $\Lambda M : \Gamma\Lambda = \Theta K : K\Gamma$]. itaque in eadem linea recta sunt puncta Γ, Θ, M [p. 323 not. 3]. linea uero ΓM in superficie coni est [Apollon. I, 1]. adparet igitur, etiam punctum Θ in superficie coni esse. supposuimus autem, non esse. adparet igitur id, quod demonstrandum erat.

---

1) Nam
$\Lambda M^2 : E\Lambda \times \Lambda B = d^2_1 : EB^2$ (Apollon. I, 21) $= N^2 : Z\Delta \times \Delta H$ (u. p. 327 not. 2).

2) Nam cum $ZA\Delta \sim E\Pi\Lambda$, erit $Z\Delta : A\Delta = E\Lambda : \Pi\Lambda$, et cum $\Delta HB \sim \Lambda BP$, erit etiam $\Delta H : \Delta B = \Lambda B : \Lambda P$ (Eucl. VI, 4). multiplicando igitur sequitur, quod quaeritur.

θ'.

Ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς δοθείσας καὶ γραμμᾶς ἀπὸ τοῦ κέντρου τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς μὴ ὀρθᾶς ἀνεστακούσας ἐν ἐπιπέδῳ, ὅ ἐστιν ἀπὸ τᾶς ἑτέρας διαμέτρου ὀρθὸν ἀνεστακὸς ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐστιν ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά, δυνατόν ἐντι κύλινδρον εὑρεῖν τὸν ἄξονα ἔχοντα ἐπ' εὐθείας τᾷ ἀνεστακούσᾳ γραμμᾷ, οὗ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐσσεῖται ἁ δοθεῖσα τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά.

ἔστω τᾶς δοθείσας τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἁ ἑτέρα διάμετρος ἁ BA, κέντρον δὲ τὸ Δ, ἁ δὲ $\Gamma\Delta$ γραμμὰ ἔστω ἀνεστακοῦσα ἀπὸ τοῦ κέντρου, ὡς εἰρήται. ἁ δὲ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ νοείσθω περὶ διάμετρον τὰν AB ἐν ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸ ἐπίπεδον τό, ἐν ᾧ ἐντι αἱ AB, $\Gamma\Delta$. δεῖ δὴ κύλινδρον εὑρεῖν τὸν ἄξονα ἔχοντα ἐπ' εὐθείας τᾷ $\Gamma\Delta$, οὗ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐσσεῖται ἁ δοθεῖσα τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά.

ἀπὸ δὴ τῶν A, B σαμείων ἄχθων παρὰ τὰν $\Gamma\Delta$ αἱ AZ, BH. ἁ δὴ ἑτέρα διάμετρος τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἤτοι ἴσα ἐντὶ τῷ διαστήματι τᾶν AZ, BH ἢ μείζων ἢ ἐλάσσων. ἔστω δὴ πρότερον ἴσα τᾷ ZH, ἁ δὲ ZH ἔστω ποτ' ὀρθὰς τᾷ $\Gamma\Delta$. ἀπὸ δὲ τᾶς ZH ἀνεστακέτω ἐπίπεδον ὀρθὸν ποτὶ τὰν $\Gamma\Delta$,

---


1. ι' Torellius. 3. τᾶς] τ cum comp. ας addita insuper littera σ F. μὴ ὀρθᾶς] om. F, uulgo; corr. Torellius; omitti nequit propter lin. 12: ὡς εἰρήται. 10. ἁ ἑτέρα] scripsi; ετερα F, uulgo. 18. ἄχθων] scripsi; αχθω F, uulgo. 20. τᾶν] των F; corr. Torellius.

IX.

Data sectione coni acutianguli et linea a centro sectionis coni acutianguli erecta non perpendiculari in plano, quod ab altera diametro erectum est perpendiculare ad planum, in quo est sectio coni acutianguli, fieri potest, ut cylindrus inueniatur, axem habens in producta linea erecta, cuius in superficie sit sectio coni acutianguli data.

sit altera diametrus datae sectionis coni acutianguli BA, centrum autem Δ, linea autem $\Gamma\Delta$ a centro erecta sit, ita ut diximus. et sectio coni acutianguli fingatur circum diametrum AB descripta in plano, ad id planum perpendiculari, in quo sunt lineae $AB, \Gamma\Delta$. oportet igitur inueniri cylindrum axem habentem in producta linea $\Gamma\Delta$, in cuius superficie sit data sectio coni acutianguli.

itaque a punctis A, B ducantur lineae AZ, BH lineae $\Gamma\Delta$ parallelae. altera igitur diametrus sectionis coni acutianguli aut aequalis est distantiae linearum



AZ, BH aut maior aut minor. prius igitur aequalis sit lineae ZH, et ZH perpendicularis sit ad lineam $\Gamma\Delta$. et a linea ZH erigatur planum ad lineam $\Gamma\Delta$ perpen-

καὶ ἐν τῷ ἐπιπέδῳ τούτῳ κύκλος ἔστω περὶ διάμετρον τὰν ΖΗ, καὶ ἀπὸ τοῦ κύκλου τούτου κύλινδρος ἔστω ἄξονα ἔχων τὰν ΓΔ. ἐν δὴ τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου τούτου ἐστὶν ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά. εἰ γὰρ μή ἐστιν, ἐσσείται τι σαμεῖον ἐπὶ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς, ὃ οὔκ ἐστιν ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου. νοείσθω δή τι σαμεῖον λελαμμένον ἐπὶ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς τὸ Θ, ὃ οὔκ ἐστιν ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου, καὶ ἀπὸ τοῦ Θ ἁ ΘΚ κάθετος ἄχθω ἐπὶ τὰν ΑΒ. ἐσσείται δὴ αὐτὰ ὀρθὰ ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐντι αἱ ΑΒ, ΓΔ. ἀπὸ δὲ τοῦ Κ ἄχθω παρὰ τὰν ΓΔ ἁ ΚΛ, καὶ ἀπὸ τοῦ Λ ἀνεστακέτω ἁ ΛΜ ποτ' ὀρθὰς τᾷ ΖΗ ἐν τῷ κύκλῳ τῷ περὶ τὰν ΖΗ. τὸ δὲ Μ νοείσθω μετέωρον ἐν τᾷ περιφερείᾳ τοῦ ἡμικυκλίου τοῦ περὶ διάμετρον τὰν ΖΗ. τὸν αὐτὸν δὴ ἔχει λόγον τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς ΘΚ καθέτου ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΚ, ΚΒ περιεχόμενον, καὶ τὸ ἀπὸ ΖΓ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΔ, ΔΒ περιεχόμενον, ἐπεὶ ἴσα ἐστὶν ἁ ΖΗ τᾷ ἑτέρᾳ διαμέτρῳ. ἔχει δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΖΛ, ΛΗ περιεχόμενον ποτὶ τὸ ὑπὸ ΑΚ, ΚΒ περιεχόμενον, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς ΖΓ τετράγωνον ποτὶ τὸ ἀπὸ ΑΔ. ἴσον οὖν ἐντι τὸ ὑπὸ τᾶν ΖΛ, ΛΗ περιεχόμενον τῷ ἀπὸ τᾶς ΘΚ τετραγώνῳ. ἔστιν δὲ ἴσον καὶ τῷ ἀπὸ ΛΜ. ἴσαι ἄρα ἐντὶ αἱ ΘΚ, ΜΛ καθέτοι· παραλλήλοι οὖν ἐντι αἱ ΛΚ, ΜΘ· ὥστε καὶ αἱ ΔΓ, ΜΘ παραλλήλοι ἐσσούνται. καὶ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἄρα ἐστὶ τοῦ κυλίνδρου ἁ ΘΜ,

10. *δή*] scripsi; *δε* F, uulgo. 13. *τᾷ*] *τας* F; corr. B. 17. *τᾶν*] *των* per comp. F; corr. Torellius. 18. *ΑΔ, ΔΒ*] scripsi; *ΑΔΒ* F, uulgo. 21. *ὅν*] *λόγον, ὅν* ed. Basil., Torellius; „eam, quam" Cr. 22. *ΑΔ*] *ΑΔ της ελλειψεως* F, uulgo (*τᾶς* Torellius); corr. Nizze; cfr. p. 325 not. 2. 23. *τᾶν*] *τας*

diculare, et in hoc plano circulus sit circum diametrum ZH descriptus, et in hoc circulo cylindrus construatur axem habens $\Gamma\Delta$. in huius igitur cylindri superficie est sectio coni acutianguli [data]. nam si non est, erit punctum aliquod in sectione coni acutianguli, quod in superficie cylindri non sit. fingatur igitur punctum aliquod Θ sumptum in sectione coni acutianguli, quod non sit in superficie cylindri, et a puncto Θ ducatur ΘK ad lineam AB perpendicularis. haec igitur perpendicularis erit ad planum, in quo sunt lineae AB, $\Gamma\Delta$ [Eucl. XI def. 4]. et a K puncto ducatur $K\Lambda$ lineae $\Gamma\Delta$ parallela, et in puncto Λ erigatur ΛM ad lineam ZH perpendicularis in circulo circum ZH descripto. M autem punctum fingatur sublime in ambitu semicirculi circum diametrum ZH descripti. itaque erit $\Theta K^2 : AK \times KB = Z\Gamma^2 : A\Delta \times \Delta B$, quoniam ZH aequalis est alteri diametro.[1]) sed etiam est

$$Z\Lambda \times \Lambda H : AK \times KB = Z\Gamma^2 : A\Delta^2.^{2)}$$

quare $Z\Lambda \times \Lambda H = \Theta K^2$;[3]) sed etiam

$$Z\Lambda \times \Lambda H = \Lambda M^2.^{4)}$$

quare lineae perpendiculares ΘK, $M\Lambda$ aequales sunt. itaque $\Lambda K \parallel M\Theta$ [Eucl. I, 33]. quare etiam $\Delta\Gamma \parallel M\Theta$ [Eucl. XI, 9]. itaque ΘM in superficie cylindri est,

1) Itaque $Z\Gamma$ dimidiae alteri diametro ellipsis aequalis est; et $A\Delta = \Delta B$; tum u. Apollon. I, 21.

2) Nam $Z\Lambda : AK = Z\Gamma : A\Delta$, quia $\Delta\Gamma \parallel \Lambda Z$, et
$\Lambda H : KB = \Gamma\Lambda : \Delta K$ (quia $\Lambda K \parallel \Delta\Gamma$) $= Z\Gamma : A\Delta$ (quia $\Lambda K \parallel \Delta\Gamma$); u. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 178 nr. 2.

3) Quia $A\Delta = \Delta B$, et igitur $A\Delta \times \Delta B = A\Delta^2$.

4) U. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 181 nr. 16.

per comp. F; corr. Torellius. τῷ] το F. 26. ἐσσοῦνται] εσωντι F; corr. Torellius; fort. ἐντι.

ἐπεὶ ἀπὸ τοῦ Μ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐόντος ἄκται παρὰ τὸν ἄξονα. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ τὸ Θ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐστὶν αὐτοῦ. ὑπέκειτο δὲ μὴ εἶμεν. φανερὸν οὖν ἐστιν, ὃ ἔδει δεῖξαι.

δῆλον δή, ὅτι καὶ ὁ κύλινδρος ὁ περιλαμβάνων ὀρθὸς ἐσσεῖται, εἴ κα ᾖ ἁ ἑτέρα διάμετρος ἴσα τῷ διαστήματι τᾶν ἀπὸ τῶν περάτων τᾶς ἑτέρας διαμέτρου ἀγμέναν παρὰ τὰν ἀνεστακοῦσαν εὐθεῖαν.

ἔστω πάλιν ἁ ἑτέρα διάμετρος μείζων τᾶς ΖΗ, καὶ ἴσα ἔστω ἁ ΠΖ τᾷ ἑτέρᾳ διαμέτρῳ. ἀπὸ δὲ τᾶς ΠΖ ἐπίπεδον ἀνεστακέτω ὀρθὸν ποτὶ τὸ ἐπίπεδον τό, ἐν ᾧ ἐντι αἱ ΑΒ, ΓΔ, καὶ ἐν τῷ ἐπιπέδῳ τούτῳ κύκλος ἔστω περὶ διάμετρον τὰν ΠΖ, ἀπὸ δὲ τοῦ κύκλου τούτου κύλινδρος ἔστω ἄξονα ἔχων τὰν ΔΡ. ἐν δὴ τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου τούτου διὰ τῶν αὐτῶν δειχθησέται ἐοῦσα ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά.

ἀλλ' ἔστω ἐλάσσων ἁ ἑτέρα διάμετρος τᾶς ΖΗ. ᾧ δὴ μεῖζον δυνάται ἁ ΖΓ τᾶς ἡμισείας τᾶς ἑτέρας διαμέτρου ἔστω τὸ ἀπὸ τᾶς ΓΞ τετράγωνον. καὶ ἀπὸ τοῦ Ξ ἀνεστακέτω γραμμὰ ἴσα τᾷ ἡμισείᾳ τᾶς ἑτέρας


---

5. δῆλον] δηλ F. περιλαμβάνων] scripsi; περιλαμβανων ταν ελλειψιν F, uulgo; περιλ. τὰν τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομάν Nizze; u. p. 325 not. 2. 6. ᾖ ἁ] scripsi; η F, uulgo. 7. τῶν] scripsi; ταν F, uulgo. 9. ι' F; corr. ed. Basil., Cr.; cfr. Quaest. Arch. p. 123—24. ἁ] addidi; om. F, uulgo. 12. αἱ ΑΒ, ΓΔ] ἁ ΒΓΔ F; corr. Torellius. in figura litteras partim permutauit, partim om. F. 16. ουσα F, uulgo. 17. ια' F; corr. ed. Basil., Cr. 18. μειζων F; corr. Torellius.

quoniam a puncto M, quod in superficie est, axi parallela ducta est. adparet igitur, etiam punctum Θ in superficie eius esse. supposuimus autem, non esse. constat igitur id, quod demonstrandum erat.

Iam hoc quoque adparet, cylindrum comprehendentem [ellipsim] rectum esse, si altera diametrus [ellipsis] aequalis sit distantiae linearum a terminis alterius diametri lineae erectae parallelarum ductarum.[1])

rursus altera diametrus maior sit linea ZH, et ΠZ aequalis sit alteri diametro. et ab ΠZ planum erigatur ad id planum perpendiculare, in quo sunt lineae AB, $\Gamma\Delta$, et in hoc plano sit circulus circum diametrum ΠZ descriptus, et in hoc circulo cylindrus



construatur axem habens ΔP. in huius igitur cylindri superficie eodem modo demonstrabitur esse sectio coni acutianguli.[2])

sed minor sit altera diametrus linea ZH. spatium igitur, quo maius est quadratum lineae $Z\Gamma$ quadrato dimidiae alterius diametri, sit $\Gamma\Xi^2$. et ab Ξ puncto erigatur linea ΞN dimidiae alteri diametro aequalis


1) Nam $\angle AZH$ et ZHB recti sunt.
2) Et utriusque cylindri superficies eadem est.

διαμέτρου ὀρθὰ ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐντι αἱ ΑΒ, ΓΔ, ἁ ΞΝ, τὸ δὲ Ν νοείσθω μετέωρον. ἁ οὖν ΓΝ ἴσα ἐντὶ τᾷ ΓΖ. ἐν δὴ τῷ ἐπιπέδῳ, ἐν ᾧ ἐντι αἱ ΖΗ, ΓΝ, κύκλος γεγράφθω περὶ διάμετρον τὰν ΖΗ· ἥξει δὲ οὗτος διὰ τοῦ Ν· καὶ ἀπὸ τοῦ κύκλου κύλινδρος ἔστω ἄξονα ἔχων τὰν ΓΔ. ἐν δὴ τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου τούτου ἐστὶν ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά. εἰ γὰρ μή ἐστιν, ἐσσείται τι σαμεῖον ἐπ' αὐτᾶς, ὃ οὔκ ἐστιν ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου. λελάφθω δή τι σαμεῖον ἐπ' αὐτᾶς τὸ Θ, καὶ ἁ ΘΚ κάθετος ἄχθω ἐπὶ τὰν ΑΒ, καὶ ἀπὸ τοῦ Κ παρὰ τὰν ΓΔ ἔστω ἁ ΚΛ, καὶ ἀπὸ τοῦ Λ ἄχθω ποτ' ὀρθὰς τᾷ ΖΗ ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ τῷ περὶ διάμετρον τὰν ΖΗ ἁ ΛΜ. νοείσθω δὲ τὸ Μ ἐπὶ τᾶς περιφερείας τᾶς τοῦ ἡμικυκλίου τοῦ περὶ τὰν ΖΗ, καὶ ἀπὸ τοῦ Μ κάθετος ἄχθω ἐπὶ τὰν ΚΛ ἐκβληθεῖσαν ἁ ΜΟ. ἐσσείται δὲ αὐτὰ ὀρθὰ ποτὶ τὸ

---

3. *ἐντὶ τᾷ*] *εντα* F; corr. B. 4. *τὰν*] *τα* F; corr. Torellius. 5. *κύλινδρος*] *του κυλινδρου* F; corr. B*, Cr. 6. *τάν*] scripsi; *των* per comp. FAD; *τόν* BC, ed. Basil., Torellius. figuram minus bene delineauit F. 12. *τᾷ*] *τας* F; corr. Torellius. 13. *τὰν ΖΗ*] *ταν ΖΜΗ* F; corr. B, Cr. 14. *περιφερείας τᾶς*] addidi; om. F, uulgo; „in arcu semicirculi" Cr.

et perpendicularis ad planum, in quo sunt lineae AB, $\Gamma\Delta$, et N punctum fingatur sublime. itaque erit $\Gamma N = \Gamma Z$.[1]) in eo igitur plano, in quo sunt lineae



ZH, ΓN, circulus describatur circum diametrum ZH. is igitur per N ueniet [quia $Z\Gamma = \Gamma N = \Gamma H$]; et in hoc circulo construatur cylindrus axem habens $\Gamma\Delta$. in huius igitur cylindri superficie est sectio coni acutianguli. nam si non est, erit in ea punctum aliquod, quod in superficie cylindri non sit. sumatur igitur aliquod punctum [eius modi] in ea, Θ, et linea ΘK ducatur perpendicularis ad lineam AB, et ab K ducatur $K\Lambda$ lineae $\Gamma\Delta$ parallela, et ab Λ ducatur ΛM ad lineam ZH perpendicularis in semicirculo circum diametrum ZH. M autem fingatur in ambitu semicirculi circum ZH descripti positum; et ab M ad productam lineam $K\Lambda$ perpendicularis ducatur MO. ea igitur

1) Nam $\Gamma N^2 = \Gamma\Xi^2 + N\Xi^2$ (Eucl. I, 47), et ex hypothesi est $\Gamma Z^2 = \Gamma\Xi^2 + N\Xi^2$, quia $N\Xi$ dimidiae diametro aequalis est.

ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐντι αἱ ΑΒ, ΓΔ, ἐπεὶ ποτ᾽ ὀρθάς ἐντι ἁ ΚΛ τᾷ ΖΗ. ἔστιν δή, ὡς μὲν τὸ ἀπὸ τᾶς ΜΟ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΜΛ, οὕτως τὸ ἀπὸ τᾶς ΞΝ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΝΓ, ὡς δὲ τὸ ἀπὸ τᾶς ΜΛ ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΚ, ΚΒ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΓΝ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΑΔ, ἐπεὶ τὸ μὲν ἀπὸ τᾶς ΜΛ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τᾶν ΛΖ, ΛΗ περιεχομένῳ, τὸ δὲ ἀπὸ τᾶς ΓΝ τῷ ἀπὸ τᾶς ΓΖ. ἔστιν ἄρα, ὡς τὸ ἀπὸ τᾶς ΜΟ τετράγωνον ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΚ, ΚΒ, οὕτως τὸ ἀπὸ τᾶς ΞΝ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΑΔ. ἔντι δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΚΘ τετράγωνον ποτὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΑΚ, ΚΒ, ὡς τὸ ἀπὸ τᾶς ΞΝ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΑΔ, ἐπεὶ ἴσα ἐστὶν ἁ ΞΝ τᾷ ἡμισέᾳ τᾶς ἑτέρας διαμέτρου. δῆλον οὖν, ὅτι ἴσαι ἐντὶ αἱ ΜΟ, ΘΚ καθέτοι, ὥστε παραλλήλοι αἱ ΚΟ, ΘΜ. ἐπεὶ δὲ ἁ ΜΘ παρὰ τὸν ἄξονά ἐντι τοῦ κυλίνδρου, καὶ τὸ Μ σαμεῖον ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ αὐτοῦ, ἀναγκαῖον, καὶ τὰν ΜΘ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ εἶμεν τοῦ κυλίνδρου. φανερὸν οὖν, ὅτι καὶ τὸ Θ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐντὶ αὐτοῦ. οὐκ ἦν δέ. δῆλον οὖν, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστι τὰν τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰν ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ εἶμεν τοῦ κυλίνδρου.

---

1. *ποτ᾽*] *ποτι* F. 7. *τό*] *τω* F; corr. Torellius. 9. *τὸ ὑπό*] *υπο* F; corr. Torellius. 13. *ἴσαι*] *ισα* F; corr. Torellius. 14. *παραλλήλοι*] scripsi; *ισαι* F, uulgo. *ΚΟ*] *ΚΘ* F; corr. Torellius. 15. *ἐντι*] *εν τη* F; corr. B.

perpendicularis erit ad planum, in quo sunt AB, $\Gamma\Delta$, quia $K\Lambda \perp ZH$.[1]) erit igitur

$$MO^2 : M\Lambda^2 = \Xi N^2 : N\Gamma^2,^2)$$

et $M\Lambda^2 : AK \times KB = \Gamma N^2 : A\Delta^2$, quoniam

$$M\Lambda^2 = \Lambda Z \times \Lambda H \text{ et } \Gamma N^2 = \Gamma Z^2.^3)$$

erit igitur [Eucl. V, 22]

$$MO^2 : AK \times KB = \Xi N^2 : A\Delta^2;$$

est autem etiam $K\Theta^2 : AK \times KB = \Xi N^2 : A\Delta^2$, quoniam ΞN aequalis est dimidiae alteri diametro [Apollon. I, 21]. itaque adparet esse $MO = \Theta K$; quare etiam $KO \nparallel \Theta M$ [Eucl. I, 33].[4]) quoniam autem linea $M\Theta$ axi cylindri parallela est[5]), et punctum M in superficie eius positum, necesse est, etiam lineam $M\Theta$ in superficie cylindri esse. adparet igitur, etiam punctum Θ in superficie eius esse. sed [ex hypothesi] non erat. adparet igitur necesse esse, sectionem coni acutianguli in superficie cylindri esse.

---

1) Quia $K\Lambda \nparallel \Gamma\Delta$ et $\Gamma\Delta \perp ZH$. quoniam igitur $K\Lambda \perp ZH$ et $\Lambda M \perp ZH$, erit $ZH \perp \Theta MOK$ (Eucl. XI, 4); itaque

$$ABHZ \perp \Theta MOK \text{ (Eucl. XI, 18);}$$

iam quoniam $MO \perp K\Lambda$, erit (Eucl. XI def. 4) $MO \perp ABHZ$.

2) Nam $\Xi N \nparallel MO$ (Eucl. XI, 6) et $N\Gamma \nparallel M\Lambda$; itaque $\angle N = M$ (Eucl. XI, 10) et $\angle \Xi = O = 90^0$. itaque $N\Gamma\Xi \sim M\Lambda O$, et erit (Eucl. VI, 4) $MO : M\Lambda = \Xi N : N\Gamma$.

3) Nam $\Lambda Z \times \Lambda H : AK \times KB = \Gamma Z^2 : A\Delta^2$ (p. 333 not. 2) et $M\Lambda^2 = \Lambda Z \times \Lambda H$ (Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 181 nr. 16) et $\Gamma N = \Gamma Z$ (p. 337 not. 1).

4) Nam $MO \nparallel \Theta K$, quia utraque ad $ABHZ$ perpendicularis est (tum u. Eucl. XI, 6); nam de MO u. not. 1; de ΘK sequitur inde, quod ellipsis ad $ABHZ$ perpendicularis est et $\Theta K \perp AB$ (Eucl. XI def. 4). lin. 14 pro ἴσαι requiritur, quod restitui, παράλληλοι; cfr. p. 332, 25. permutata sunt compendia horum uerborum.

5) Nam $KO \nparallel \Delta\Gamma$; tum u. Eucl. XI, 9.

ι'.

Ὅτι μὲν πᾶς κῶνος ποτὶ κῶνον τὸν συγκείμενον ἔχει λόγον ἔκ τε τοῦ τῶν βασίων λόγου καὶ ἐκ τοῦ τῶν ὑψέων, ἀποδεικνύται ὑπὸ τῶν πρότερον. ἁ αὐτὰ δὲ ἀπόδειξίς ἐντι καί, διότι πᾶν ἀπότμαμα κώνου ποτὶ ἀπότμαμα κώνου τὸν συγκείμενον λόγον ἔχει ἔκ τε τοῦ τῶν βασίων λόγου καὶ ἐκ τοῦ τῶν ὑψέων.

καὶ ὅτι πᾶς τόμος κυλίνδρου τριπλασίων ἐστὶ τοῦ ἀποτμάματος τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τόμῳ καὶ ὕψος ἴσον, ἁ αὐτὰ ἀπόδειξις, ἅπερ καὶ ὅτι ὁ κύλινδρος τριπλάσιός ἐστι τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ κυλίνδρῳ καὶ ὕψος ἴσον.

ια'.

Εἴ κα τὸ ὀρθογώνιον κωνοειδὲς ἐπιπέδῳ τμαθῇ διὰ τοῦ ἄξονος ἢ παρὰ τὸν ἄξονα, ἁ τομὰ ἐσσεῖται ὀρθογωνίου κώνου τομὰ ἁ αὐτὰ τᾷ περιλαμβανούσᾳ τὸ σχῆμα. διάμετρος δὲ αὐτᾶς ἐσσεῖται ἁ κοινὰ τομὰ τῶν ἐπιπέδων τοῦ τέμνοντος τὸ σχῆμα καὶ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος ἀχθέντος ὀρθοῦ ποτὶ τὸ ἐπίπεδον τὸ τέμνον.

εἰ δέ κα τμαθῇ τῷ ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, ἁ τομὰ κύκλος ἐσσεῖται τὸ κέντρον ἔχων ἐπὶ τοῦ ἄξονος.

εἴ κα τὸ ἀμβλυγώνιον κωνοειδὲς ἐπιπέδῳ τμαθῇ διὰ τοῦ ἄξονος ἢ παρὰ τὸν ἄξονα ἢ διὰ τᾶς κορυφᾶς τοῦ κώνου τοῦ περιέχοντος τὸ κωνοειδές, ἁ τομὰ ἐσσεί-

1. ιβ' F; ια' Torellius. 3. τοῦ] (alt.) των per comp. F; corr. BD. 5. διότι] ὅτι Nizze. 13. ιγ' F; ιβ' Torellius. 15. αξωνος F. παρά] per comp. F. 16. κωνου] κωνοειδεος F; corr. Torellius. ἁ] addidi; om. F, uulgo. 20. τμηθη F; corr. Torellius. 24. ἢ διά] ἤ om. F; corr. Torellius.

X.

Quemuis conum ad [alium] conum rationem ex ratione basium et ratione altitudinum compositam habere, a prioribus demonstratum est.[1]) eodem autem modo demonstratur, etiam quoduis segmentum coni ad [aliud] segmentum coni rationem ex ratione basium et ratione altitudinum compositam habere.

et quoduis frustum cylindri triplo maius esse segmento coni basim habenti eandem, quam frustum, et altitudinem aequalem, eodem modo demonstrabitur, quo demonstratur, cylindrum triplo maiorem esse cono basim eandem habenti, quam cylindrus, et altitudinem aequalem.[2])

XI.

a) Si conoides rectangulum plano secatur per axem posito uel axi parallelo, sectio erit sectio coni rectanguli eadem, quae figuram comprehendit; diametrus autem eius sectio communis erit plani figuram secantis et plani per axem ducti ad planum secans perpendicularis.

sin plano ad axem perpendiculari secatur, sectio erit circulus centrum in axe positum habens.

b) Si conoides obtusiangulum secatur plano uel per axem posito uel axi parallelo uel per uerticem coni conoides comprehendentis posito, sectio erit coni obtu-

